



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, Contra Malitiam Originalis Infectionis Peccati

Alva y Astorga, Pedro de

Lovanij, 1663

T

urn:nbn:de:hbz:466:1-13965

Crespi de Borja Obispo entonces de Origuela, aora de Plafencia, y Embaxador extraordinario del Rey nueſtro ſeñor Felipe IV. à ſu Santidad por la cauſa de la Immaculada Concepcion. Impreſſ. abſque loco impreſſionis 1659. in folio.

S. du Verdier Gallus, in libro dicto: Les excellences de la Vierge, ou Meditations ſur les Litanies, meditatione ſecunda ſuper illa verba: Mater diuinæ gratiæ, fol. 18. *Quod Beata Virgo nunquam habuit peccatum originale, ſed fuit exempta ab eo; quare nunquam tulit in ſua fronte niſi innocentiam & puritatem, &c.* Lib. impreſſ. Pariſiis 1638. in 12.

SYNCELLUS, Presbyter Eccleſiæ Hieroſolymitanae, natione Græcus, unâ cum Michaële etiam Presbytero tranſtulit in Græcam linguam Epistolam continentem fidem orthodoxam miſſam à Thoma Patriarcha Hieroſolymitano ad Hæreticos in Armenia, Arabicè dictatam à Theodoro Abucara, in qua videror puriſſimam Virginem *MARIAM ab omni macula liberare.* Vide hic Theodorum Abucara, vel Opuscula ipſius impreſſa cum Operibus Anaſtaſii Sinaitæ Ingolſtadii, anno 1606. in 4. folio 449.

SYNDALIA Eccleſiarum, in quibus præcipitur obſervari feſtum *Immaculatae Conceptionis*, ſunt plura, ut videre eſt verb. Eccleſia, & ſpartim in hoc Opere.

T

TALPITEUSN. ſcripſit Concionem de *Virginis MARIÆ Conceptione*, ut habetur in quadam margine manuſcrip. in lib. R. P. Bartholomæi Guerrier fol. 5. nam loquens de Concilio Baſileenſi citat hunc Talpitem in Serm. Concep. fol. 48. col. 2. *Quis autem fuerit hic Auctor, invenire non potui.*

THARASIVS Conſtantinopolitanus Patriarcha ac Sanctus, in Concilio Nicæno egit de *immunitate Virginis MARIÆ.* Ex Serrano lib. 2. cap. 22. num. 5.

THEODARDUS Paulus Bolswerdienſis, natione Friſo, edidit Concionem de *Conceptione Virginis MARIÆ* Joannis Oſſorii Societatis Jeſu, Coloniae 1598. in 8.

THEODORETUS, Episcopus Cyri vel Cyranus, Beatus ac natione Græcus, in Cantica Canticorum cap. 6. loquens de ſponſa in communi, inquit: *Ideirco decora eſ ſicut Hieruſalem, ſive decora metu ſeu terrorem te aſpicientibus injiciens: ordinem enim tuum ſpectantes obſtupeſcunt. Nam in te nihil inordinatum, nihil incertum, nihil conſuſum, ſed omnia ordinata & certa ſunt; rerum ordinem diligenter retines. Hæc eadem verba repetit ad finem capitis, ſed addit: Nihil enim incompoſitum, nihil incertum, nihil conſuſum in ſponſa Domini. Et infra: Non ſimpliciter autem aut temerè ſponſæ repetit eaſdem laudes; ſed ut propriæ memor pulchritudinis, eam incolumem tueatur, nec ullâ inſeſi labe permittat. Conſidera enim (inquit) qualis antea fueris, & qualem ego te reddiderim, quo te decore exornaverim, & quantum pulchritudinis tibi largitus ſim. Hanc tu mihi perpetuò integram conſervas: ſemper enim tecum manens membra tua perſcrutator, ſtudioſè que operam dabo, ne quid eorum integritati detrahatur, &c. Item, infra: Quod quidem miniſtri Sponſi prævidentes, eam non ſolum*

comparant auroræ; ſed pulchram ut lunam eſſe dicunt, electam ut ſolem, qui pavorem incutit illis, qui oculos in ipſum audent deſigere: Addiderunt autem electam, non ſolum ut diſcrimen inter illam, & ſtellas indicarent; ſed etiam ut ipſius lunæ perfectionem oſtenderent. Quasi dicrent: ut luna plena nitens, non exilia oſtensans cornua, non ſemiplena, non decreſcens; ſed perfecta, ac toto orbe ſplendida; non quidpiam retinens imperfectionis, ſed totum globum lucidum præ ſe ferens. Sic igitur (inquiunt) eſt pulchra, ut electa luna. Tradunt autem qui in rebus huiusmodi ſunt periti, lunam ex ſolis radiis lucem mutuare, ac lumen quidem exiguum ſuſcipere, cum parvula ipſius particula ſolem aſpicit; cum autem ex adverſo tantum ſolem ut ſpeculum contueretur totum ejus orbem exprimens, illuſtratur tota, nec ullam corporis partem obſcuram retinet. Item, infra: Revertere, revertere pacifica. Quemadmodum in hoc libro Dominus noſter Salomon, id eſt Pacificus, ſic etiam ejus ſponſa, ut ab illo pacem aſſecuta & à veteri liberata bello, pacifica nominatur, &c. Extant hæc omnia à folio 1062. uſque 1072. in tomo 1. impreſſ. Græco-Latin. R. P. Jacobi Sirmondi Pariſiis 1642. in folio, & tomo 4.

THEODORICUS Grefemundus Junior, natione Germanus Moguntinus, ſcripſit pro puriſſima *Conceptione ſemper Virginis Dei Genitricis MARIÆ* Carmen, & multas Epistolas. Ita Hippolytus Marraecius in Bibliotheca Mariana, & in Catalogo ad annum 1498. Piſtoia folio 228.

THEODORICUS de Monasterio, Ordinis Minorum Germanus, in libello ſuo inſcripto: *Speculum Chriſtianum*, cap. 43. de Palterio D. Virginis & Roſario ac Confraternitate, ſic habet: Pro primo Pater noſter cum decem ſuis Ave MARIA, conſidera quomodo tot mille annis deſideratum ſit, ut Deus vellet homo fieri, atque nos liberare. Item, quomodo *MARIA concepta ſit à S. Anna abſq; originali peccato, &c.* Impreſſ. Antuerpiæ apud Gulielmum Voſſerman; quo anno, non habetur. Nota: hic Auctor, dictus F. Theodoricus de Monasterio, eſt Venerandus ille Pater, qui anno Domini 1489. Bruxellis peſte graſſante, triginta duobus millibus ea lue infectis extrema Sacramenta miniſtrando adſtitit, & miraculis ac prophetiæ dono in ſua Provincia Germ. Inf. claruit.

THEODORICUS Wingge, Ordinis S. Auguſtini Germanus, Conventus Oſnaburgeniſis, fecit pulchrum *Tractatum de Conceptione Virginis glorioſe*, in quo per longum diſcurſum probat B. Virginem non fuiſſe conceptam in peccato originali. Ita ad litteram P. Joannes Meppis in ſuo tract. de *Conceptione*, Auctore 7.

THEODORUS Abucara, Episcopus Cariz, natione Græcus, Opusculo 2. de Explicatione vocum quibus Philoſophi utuntur, & Conſutatione hæreſis Acephalorum Severianorum, id eſt, Jacobitarum, Interprete Franciſco Turriano Societatis Jeſu, ſic inquit: Unde æternus Filius idem eſt Deus & homo, id eſt, idem eſt ante omnia ſæcula ex Patre genitus, & Jeſus ex Virgine *MARIA* in fine ſæculorum ſine virili ſemine natus, qui eſt una hypòſtaſis Trinitatis: quocirca proprie, & verè caſtiſſima, & omnis macule experta *Virgo* ſtripſis Davidicæ Deipara, id eſt, Mater Dei prædicatur. Hæc enim æternum peperit Filium, factum hominem ſicut nos in omnibus (excepto peccato)

10) **JESUM** appellatum, &c. Extat cum Operibus Anastasij Sinaitæ impress. studio & operâ Jacobi Gretseri Societatis Jesu, Ingolstadtij 1606. in 4. fol.

407.

Item, in Epistola continente fidem orthodoxam missa à Beato Thoma Patriarcha Hierosolymitano ad Hæreticos in Armenia, Arabicè dictata à nostro Theodoro Abucara, & à Michaële Presbytero Sicellæ Ecclesiæ Hierosolymitanæ, & in Græcum sermonem translata, per quem & missa est; continente (inquam) solam veramque fidem in Concilio Calcedonensi traditam de Christo Domino ac Deo nostro (& est in ordine Opusculum 4. Theodori Abucaræ) postquam folio 441. vocat Virginem **MARIAM** purissimam, fol. 447. sic inquit Corpus Adæ purum ab omni labe formasse Deum, nullis naturalibus passionibus à culpa vacantibus necessitate subiectum, ut mortis, & ijs passionibus, quæ sunt ante mortem. Postquam autem Adam sua voluntate divinum mandatum transivit, & sub peccato cecidit & pollutus est, passiones naturales à culpa vacantes dominatæ sunt in eum, mors scilicet, & quæ ante mortem, & quæ post mortem: & ob hanc causam cogebatur Adam esurire & sitire ac mori, & post mortem corruptio corporis, & quæcumque ijs sunt familia dominatum in eum habebant. Aternus tamen Filius corpus Adamæum assumpsit, id est, ipse sibi ex sanguinibus purissimis Sanctissimæ Virginis **MARIÆ** corpus purum & ab omni macula liberum formavit: hæc de causa non habuit mors imperium in eum, nec ante mortem, fames scilicet, & aliarum passionum (quæ reprehendi non possit) multitudo, ut docuimus, neque post mortem corruptio corporis; quod David in Psalmo prædixit inquit: Non dabis animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem, &c. Vide locum supra citatum, seu Opusculum 4. ejusdem Theodori. Hæc supraposita auctoritas sic extat in alijs: Sempiternus Dei Filius Adamæum corpus assumpsit, hoc est, ipse sibi ex purissimo Sanctissimæ Virginis **MARIÆ** sanguine illibatum & ab omni macula peccati liberum finxit, &c. Vide Euseb. Nieremb. in lib. Dissert. Epist. 15. fol. 267.

THEODORUS ab Alkemade, Societatis Jesu Belga, in Theologia habitâ Lovanii die 16. Julij anno 1647. Theſi 11. de Peccato originali hæc defendit: *Ab illo omnî, ejus debito seu proximo seu remoto, Beata Virgo immunis fuit.* Impress. ibidem in 4.

THEODORUS Balsamon, Ecclesiæ Nomo-phylax Cartophylax, deinde Patriarcha Theopolis sive Antiochiæ Græcus, ad diem 9. Decembris de Conceptione Virginis, utpote quod in eo peragatur *Conceptio castissima Matris Dei nostri*, in scholijs ad Canones Phocæ Constantinopolitani col. 80. in libro impress. Lutetiæ 1620. in fol.

THEODORUS Duca Lascari, Græcorum Imperator, in Canone deprecatorio & in Poëmate ad sanctissimam Deiparam passim vocat eam *puram & purissimam, totam Immaculatam atque immaculatissimam, mundam & mundissimam*; in quibus epithetis multum favet Immaculatæ Conceptioni, ut affirmat Hipp. Marrac. in lib. Cas. Marian. à fol. 221. ubi hæc Opuscula ad litteram invenies.

THEODORUS Heracleota, in Commentarijs in Psalm. 44. ad illa verba: *Assitit Regina,*

inquit: *Alius pro sterit, legit: stabilita est, id est, firmiter & immobiliter sterit; nam porta inferi non prevalebunt adversus eam, &c.* Vide Joan. Euseb. libro Excerpt. cap. 13. fol. 188.

THEODORUS Hierosolymitanus Patriarcha, vocat Virginem **MARIAM** intemeratam, sive *ex omni parte & super omnia Immaculatam*, & primitias massæ nostræ. Euseb. Nieremb. lib. Excerpt. cap. 13. fol. 151. latè.

THEODORUS Methochita, Doctor antiquitatis natione Græcus, in libro Historiæ Romanæ, loquens de Virgine Deipara, inquit: *Incalpata enim ista ex promisso divino nata est; eumque annum ætatis tertium ageret, deducta ad templum satis diu in penetralibus ejus degit, & ab Angelo nutrita est usque ad annum decimum quartum.* Ita P. Joan. Ludovic. de la Cerda in libro de Excellentiâ celestium Spirituum cap. 8. fol. 66.

THEODORUS Novus sive Neor, Sanctus Confessor natione Græcus, in Oratione de Virginis Nativitate, inquit: *Job ait: Cæli non sunt mundi in conspectu ejus, & stellæ non sunt mundæ coram illo. MARIA vero quid purius, quid mundius? Terra est, in qua peccati spina non orta est. Terra est, non ut illa prima maledicta, cujus etiam fructus pleni sunt spinis & tribulis; sed in qua benedictio Domini, & cui benedictus fructus ventris. MARIA nova secundæ creationis Dei massâ sanctissimæ generis primitiæ. Ave rubus, confertus igni miraculum, quem rubigo peccati non tetigit, nam & planta fuit intacta. Ave urna, confectum ex aëro vas, quam nulla delicti labe infecit. Ave sanctuarium, fons divina scaturigine fluens, omnis sanctimoniam plena. Ave liber sigillis signate, quem nulla excogitabilis corruptela maculat. Ave codex novus, quem nulla proorsu attingit corruptio. Ave aurum mundum Spiritus igne probatum in vitæ fornace, nullamque habens nequitiæ labem. Ave lignum imputribile, quæ ad peccandum pronæ corruptionis vermem non admisisti. Ave illibata, omni reprehensione sublimior, &c.* Vide Joannem Eusebium Nieremb. Epistola ad Card. folio 27. & in libro Exception. fol. 171. & in Sacro-syllab. cap. 1. Vide Ferdinandum de Vargas in sua Allegat. de Conceptione ad finem.

THEODORUS eltanus, Societatis Jesu, in lib. De originis peccato disceptatio in tractatus duo de viginti distributa, tract. 6. folio 77. inquit: *Constat enim non omnes simpliciter originis peccatum contrahere, sed illos solum, qui naturali ætæ trita generationis via ex Adamo oriuntur. Quamvis ne isti quidem maculam ullam contraherent, si Deus (ut Matri Virgini) unâ cum ipsa anima gratiam illis infunderet. Christus autem, licet corporis sui materiam ex Adamo mutuatus fuerit (credimus enim illum ex MARIA Virgine natum) corpus tamen quod assumpsit Adamici seminis virtute & energia non fuit efformatum; sed virtute & operâ Spiritus sancti, &c.* Et ad marginem inquit: *Virgini, ut primo homini gratia fuit conceata, atque hæc ratio ab originali peccato fuit preservata.* Impres. Colonia 1576. in 4.

THEODORUS Petrejus, Ordinis Carthusianorum apud Ubios, in Bibliotheca Carthusiana sive illustrium sacri Carthusiensis Ordinis Scriptorum Catalogo, agit de Scriptoribus qui de Conceptione Virginis **MARIÆ** scripserunt, verbis

Xxxx 3

gratiâ

gratiâ fol. 131. & 209. Et alibi. Vide ibi. Lib. impress. Coloniae 1609. in 8.

Item, in marginibus additis ad S. Brun. tom. 1. in Psal. 101. fol. 400. affirmat, *Quod MARIA fuit ab omni peccati contagione libera.* Lib. imp. Coloniae 1611. in fol.

Item, Latinitati donavit Librum Myrothejum seu Conclave devotarum precum R. P. Francisci Costeri, in quo fol. 179. agens de octo Solemnitatibus Deiparæ, primo loco ponit *festum Conceptionis Virginis Mariæ.* Lib. imp. Moguntiae 1621. in 16. regali. Item, asserit in Confessione S. Bernardi lib. 1. capit. 6. fol. 47. *Quod MARIA mundata fuit ab originali contagio, & quod nullum habuit delictum &c.* Lib. impress. Coloniae 1606. in 8.

THEODORUS Sincellus sive Presbyter, natione Græcus, in Historia de pretiosa veste Deiparæ, inquit: Par quippe, par omnino erat, ut quæ animam & corpus, ac rationem moresque ac sermonem, ipsamque ad eò cogitationem *mundam habuisset ac incorrupta, nullamque admittentia labem, ac ab omni foede libera;* suæ ipsius quoque vestri incorruptionem præstaret, &c. O castissima, incorrupta, intemerata Domina, quam Deus sanctificavit, elegitque, ac dignam judicavit. Vide Possevinum & Marraccium.

THEODORUS Smiling, Ordinis Minorum Germanus, in Disputationibus Theologicis de Deo uno, tract. 3. disp. 6. de Providentia Dei quaest. 4. num. 147. folio. 564. asserit, *Quod probabilis est Beatam Virginem non fuisse conceptam in peccato originali &c.* Vide & lege ipsum usque ad num. 177. Lib. impress. Antuerpiæ 1624. in fol.

Item in Assertionibus Theologicis habitis de Virtutibus, Vitijs ac Peccatis, assertionè 9. de Peccato originali, sic inquit: *Quæ Lex cum Deiparam Virginem comprehenderet, ipsa quidem debitum hujus peccati, non peccatum ipsum in suæ Conceptionis instanti habuit.* Fuerunt impress. Lovanii anno 1616. in charta expansa.

THEODORUS Studita, Abbas Monasterij Studij appellati, natione Græcus, in Canone de Sanctis imaginibus, inquit: *Sanctis Sanctarum, & omnibus creatis excelsior tu sola facta es, sive apparuisti in rerum natura, Mater simul & Virgo Dei Genitrix.* Ex his verbis Immaculatam Conceptionem deducit Eusebius Nieremberg. in Sacro-Syllab. 5. 7. Ejus Opera extant tom. 9. Biblioth. VV. PP.

THEODORUS Walleus, Professor eloquentiæ in Collegio Insulenti, in suo Oratorio Mariano, Pagneryrico. 1. agit de *Immaculata Deiparæ Virg. Conceptione.* Ita Joan. à S. MARIA in Supplici libello, fol. 238.

THEODOSIUS Brigantiae Dux, in Villavitiosa templum *impolluta Virgini à Conceptione sacrum,* quod in præcipuum oppidi delubrum extruxit Comestabilis Nunius Alvarez Pereira; cum postea cælestibus portentis ampliùs claresceret, avitæ pietatis hæres & amplificator novis illustravit sumptibus & fabricâ. Gonzaga in Historia Seraph. & Basconcelus in descriptione Regni Lusitanæ. Mar. in Princ. Marianis.

THEODOTUS Ancyranus, Episcopus Græcus, in Homilia de Nativitate Domini in Concilio Ephesino habita, inter alia dicit, & vocat uterum Virginalem *mundum à passionibus peccati, &c.* Vide de hac auctoritate Joannem Eusebium lib. Exception. cap. 8. fol. 61. Nescio, an sit diversus à præcedenti.

THEOLEPTUS Philadelphienfis Metropolitana, in Canone de judicio vocat Virginem *Mariam Immaculatam & intactam.* De quo vide Joannem Euseb. libro Excep. cap. 13. fol. 248.

THEOPHANES Nicænus Archiepiscopus, natione Græcus, in Operibus suis editis ex Bibliotheca Vaticana, ac illustratis à Gonsalvo Ponce de Leon, Epistola 3. postquam latè de peccato originali ac ejus remedio per sacrum Baptismum egerat, folio 111. inquit: Sed & lavacrum sacri Baptismatis velut imaginem quamdam describit Virginei; & *Immaculati ventris,* in quo secundum naturam nostram effectus, & ex quo editus est. Sicut enim beatum illum, & qui Deum excepit uterum nudâ cum Deitate ingressus, finxit deuto primitias nostræ massæ eam sibi conjungens Deique Filium in ipsa per adventum Sanctissimi Spiritus, absque virili commixtione efficiens, nempe illum beatissimum locum nostræ cum Deo reconciliationis ineffabilisque unitatis testem uterum, nempe Dei hospitem; fontem verè vitalem, & vim habentem reformandi naturam nostram à corruptione ad incorruptionem, divinamque pulchritudinem; sic (inquam) aquam ingressus, non jam nuda cum Deitate, sed cum generatis & deificatis in primo atque vivifico lavacro, nostræ massæ primitias fecit illum suâ & Spiritus sancti præsentia, veluti alterum ventrem totius nostræ naturæ reformatorem, &c. Interest tamen multum inter primum ac secundum ventrem; tantò enim secundus, nempe fons in quo regeneramur, cum primo, qui scilicet & Deum excepit & peperit, dignitate incomparabilis est, quantò Dominus qui ex primo natus est, major est ipsi qui ex altero renascuntur, immo verò & magis. Nam qui ex secundo regenerantur fratres illius, qui ex primo natus est, & Dei filij secundum gratiam efficiuntur. At secundus alveus cum primo nullam habet cognationem, quinimo inter sese cum natura differt à veritate: illa enim est vera Dei Mater, quoniam verè ex ipsa, qui supra omnem substantiam est, suscepit substantiam. Aqua verò facti baptismatis accipitur, ut diximus, tanquam signum & figura vivifici illius ac Dei hospitis ventris. Per illam nos sine carnali conjunctione ac cæteris naturæ operibus in Dei filios mirificè regenerati, conformesque imagini naturalis Filij Dei, qui ex ipso Virginali intactoque utero prodijt, efficiuntur: ex aqua verò nihil accipimus, quod ad novi hominis & secundum Deum creati substantiationem pertineat, &c. Huculque Theophanes. Lib. impress. Romæ 1590. in 8. Summa præcedentis discursus hæc est: Baptismus institutus est ad ablationem peccati originalis: si enim non esset originale, ad quid Baptismus? Hæc virtus, quæ per modum signi est in aqua contra originale, excellentiori modo, ac sublimiori fuit in utero Immaculato Mariæ. Ad quid? Non ad expellendum originale à Filio, in quo nec erat, nec poterat esse per naturam divinam; neque à nobis, quia hoc præstat aqua. Igitur si uterum Marianus habebat innatam vim, ac virtutem ad reformandam naturam ab illa primæva corruptione originaria, concedamus saltem ipsi, quòd datum fuit aquæ in principio, id est, in ipsius creatione, scilicet quòd Spiritus Domini ferebatur super aquas. Et quare? quia ipsi abolendum erat originale peccatum: & hoc velut

velut in imagine & signo figurabat, ac representabat **MARIAM**, quæ ita habuit vel habere potuit originalem maculam, sicut ipsa aqua baptismalis.

Item, in Menzis Græcorum, sic Virginem alloquitur die 23. Februarij, Ode 4. de S. Polycarpo: O à cunctis sordibus incontaminata, & super omnes inculpatus *inculpatisima Domina*. Item die 17. Januarij, Ode 3. de S. Antonio magno: Ut *inculpatisima* Conditoris sponsa, me celeriter è dæmonum machinationibus erue. Velazquez fol. 221. Item, ibidem Ode 7. *Immaculatae* & omnium sanctissimæ Virgini **MARIÆ** acclamatione fausta plaudamus. Item, ibidem Ode 8. *O immaculatissima* Genitrix Dei, insiſta à peccato cicatrices emunda. Item, die 16. Januarij Ode 5. de Cathedra S. Petri: Multorum me scelerum, *ò intaminata!* oneribus prægravem alleva. Item, die 20. Januarij, Ode 4. Latere, quæ es mons *innumbratus à gratia*. Item, die 25. Januarij, Ode 6. de S. Gregorio Theologo: Te, *ò virgo Mater*, præviderunt Prophetæ tanquam librum quendam *plânè intaminatum*, in quo conscriptum esset verbum Dei. Vide Simonem Wangnreckium in suo libro de Pietate **MARIANA** Græcorum, atque Joannem Antonium Velazquez lib. 4. de **MARIA** Immaculatè concepta dissert. 4. adnot. 2. fol. 343. & fol. 138.

Item, in Hymno de Annuntiatione agit de *immunitate Virginis MARIÆ*, secundum Salaz. sæcul. 9. & Serran. lib. 2. cap. 22. n. 6. Leon classe 9. & Mart. Philipp. tom. 2. sæcul. 9. ex ipso Hymno hanc adducit auctoritatem: Tibi gratia data est, *ò Dei Genitrix divina!* *ò Immaculatissima*, tibi omnis creatura clamat: *ò Dei Nympha!* tu enim sola Dei Mater electa es, & *Immaculata*.

THEOPHILUS N. Doctor antiquus, super Magnificat ad illa verba: Quia fecit mihi magna qui potens est, inquit: Verè magna, mira & multa Deus operatus est in **MARIA**, *cùm eam à peccatis præservavit, cùm eam sanctificavit &c.* Hunc citat Iudocus Clichtovæus in tract. de Visitatione Virginis, fol. 84. impress. Parisien. in 4. Quis autem fuerit hic Theophilus, invenire non potui.

THEOPHILUS Raynaudus, Societatis **JESU** Italus, de *Virginis Conceptione* punctum unum in lib. *Dyptica MARIANA*. Item, in eodem libro de *Virginis sanctitate ab utero, immo & à Conceptu* punctum alterum, seu potius tractatum latissimum atque doctum, à folio scilicet 237. usque ad 300. in quo Immaculatam Conceptionem pro viribus conatur ostendere & propugnare. Gratiopolis impress. 1643. in 4.

Item, in Nomenclatore **MARIANO**, ad illa verba: Filia vitæ, ait: Concinnè sanctam **MARIAM** appellat filiam vitæ, *quia nec concepta est in peccato, nec mortus quidquam in se admisit unquam; sed semper sana & sancta fuit, contra quàm nobis contingit, qui naturà filij iræ existentes, subinde filij mortis sumus &c.* Item, infra intelligit & explicat de Immaculata Conceptione Virginis **MARIÆ** illud Sancti Dionysij Alexandrini in Epistola contra Paulum Samosatenum, nimirum quòd *Beata Virgo MARIA à capite ad pedes fuerit semper incontaminata*.

Item, in libro: Hoplothea contra ictum calumniam, &c. sectione 2. serie 2. cap. 3. de Monstris sæditatum, fol. 173. inquit: Beatissima Virgo

MARIA *speculum puritatis nitentissimum*, fuit verè terra sancta, immo sancta sanctorum &c. Vide infra, nam vocat eam purissimam, nitidam, &c. Lib. impress. Lugduni 1650. in 4.

Item, in lib. Christianus Patris Christi, & Matris Ecclesiæ per baptismum filius &c. cap. 2. fol. 128. inquit: Hoc itaque modo & ex **MARIA** prodixisse videtur Ecclesiæ: utraque tamen casta, *utraq; munda*, utraque perpetuè virginitatis signaculo præmunita, &c. Lib. impress. Gratiopolis 1642. in 8.

Item, in libro Heteroclyta spiritualia, & anomala pietatis cælestium, terrestrium, infernorum, quæ circa Deum Christum, ac Calites, & præcipuè Deiparam, &c. in primo indiculo operis plura adducit *pro Immaculata Virgine MARIÆ Conceptione*. Lib. imp. Gratiopolis 1646. in 4. Sed quæ hic indicat, adducit in alio libro dicto *Dyptica MARIANA*.

Item, sub nomine Amedei Salij Theologi Heretici, edidit Dissertationem *de retinendo titulo Immaculatae Conceptionis Desparæ Virginis adversus Jansenium & Clerum contententes reformatum à Gregorio X V. Dictionarium &c.* Imp. Coloniae 1651. in 8.

Item, edidit contra Carolum Yovium postulum Anagrammatistam *pro Virgine MARIA Immaculatè concepta*, quæ Apologiam brevem. Imp. in charta expansa anno 1656.

THEOPHILUS Vicedominus, Peccator, postquam habuisset chirographum quod diabolo dederat, consilio & precibus iniitit, *ut dies Conceptionis B. MARIÆ Virginis solemniter celebraretur*, ut dicitur in Tract. de Conceptione eiusdem Anonymi, existente in Bibliotheca Canonico-rum Regularium Tungris in ditione Leodiensî fol. 3. littera B. 4.

THERESIA Henriquez, Maquedæ Principissa Hispana, fundavit tria Monasteria sub habitu & nomina *sanctissimæ Conceptionis*, unum in oppido Torrijos, alterum Maquedæ, & tertium in villa Ullagre. Ita ex Gonzaga Hippol. Marrac. in Heroid. Marian. fol. 421.

THERESIA de Jesu, Ordinis Carmelitarum Restauratrix seu Fundatrix Sancta, in lib. suæ Vitæ cap. 7. fol. 60. loquitur de quodam Religioso liberato è gravi suæ salutis periculo à Domina nostra, *quia ejus Conceptioni devotissimus erat, illamque summa devotione celebrabat, &c.* Lib. imp. Salmanticæ 1588. in 4.

Item, edificavit duo Monasteria sub titulo *Conceptionis*, alterum Vallisoletæ, & alterum Pastranæ Ex Marrac. & Pistoia fol. 188.

THESEUS Mansuetus de Urbino, Canonicus Regularis S. Salvatoris Italus, in libro Rosarij sanctissimæ Virginis **MARIÆ**, in Expositione salutationis Angelicæ, fol. 365. inquit: Prima perche in essa se manifesta *come fu purissima, perche fu netta, & monda da ogni colpa; è pero dice: Ave, cioè senza re di peccato & di macula alcuna &c.* Lib. imp. Vene-tijs 1604. in 8.

THESTOPHON Sanctus Martyr, & Jacobi Apostoli Minoris Discipulus, scripsit Decretum Apostolorum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ut videre est in Libris plumbeis repertis in Monte sancto Granatensi, & apud R. P. Bartholomæum Pectorano.

HIRSUS Gonzalez, Societatis **JESU** Hispanus, die

die 19. Martij 1661. defendit Salmanticæ, *Virginem MARIAM non contraxisse peccatum originale, nec debitum illud contrahendi habuisse.* Fuerunt Theses impref. eodem anno.

THOMAS de Aguiar, Poëta Hispanus, in libro: *Relatio Panegyrica Ordinis de Alcantara, scripsit Canticum de Immaculata Virginis Dei Matris Conceptione,* fol. 82. Lib. imp. Matrini 1653. in 4.

THOMAS de Alés vel Halensis, Ordinis Minorum Anglus, in libro de vita Beate Virginis *MARIÆ* scripsit *Deiparam fuisse liberam à peccato originali.* Ita Daza in tractatu de Conceptione cap. 6. fol. 48. Lucas Waddingus maximopere commendat Auctorem, & facit mentionem de libro isto, sub titulo: *De Beata Virgine MARIÆ* Lib. un. sed Joannes de Turrecremata in suo libro parte 6. cap. 3. fol. 123. & Bandellus in primo opere de Conceptione, Auctore 107. istum citant pro sua sententia.

THOMAS Anglicus, Ordinis Prædicatorum & Cardinalis S. Sabinae, ad annum 1306. scripsit *Librum de Conceptione Beate Virginis MARIÆ,* ut refert Antonius Senensis in sua Bibliotheca fol. 243. Sed cum Adversarij hunc tractatum non citent pro sua sententia, ut videre est in Ventilabro Veritatis, & Radijs solis Veritatis, credendum est ipsum nostram sustinuisse sententiam. Vide Joannem Euf. cap. 10. fol. 84. & Joannem de Tamaio fol. 253.

THOMAS Apostolus Jesu Christi Domini nostri, natione Galilæus, pro *MARIÆ* Virginis Conceptione, sic inquit: *O quam felix es, quam fortunata! & in initio viarum Dei ab ipso electa fuisti, & Ad peccato præviso, non fuisti cum alijs omnibus condemnata; sed voluit, ut merita Filij tui tibi super omnes prodesse: itaque pro minimo momento noluit inimicam; sed semper amicam purissimam, &c.* Ita B. Amadæus in sua Apoc. nova, raptu 8. Vide Hippolytum Marraccium in Apostolis Marianis, & nostram Bibliothecam Marianam tom. 1. Velazq. lib. 4. fol. 309. Hæc verba in nostra Bibliotheca sic habentur: *In initio itaque viarum suarum Deus antequam quidquam faceret, imo facere dispo- neret (quodam modo loquendi, quia omnia hæc sunt aeterna, tamen quemdam ordinem in se tenent) voluit humanitatem plenam gratiâ, plenam beatitudine assumere ita, ut ipsam sic assumptam simul & beatam faceret, & Genitrici suæ maximam post ipsum gratiam præstaret. O MARIÆ! quam felix es, quam fortunata, quæ ab initio, & ante secula, & in initio viarum Dei, & ab ipso electa fuisti, & Ad peccato præviso, non fuisti cum alijs omnibus condemnata; sed voluit, ut merita Filij tui tibi super omnes prodesse, teque pro minimo momento noluit inimicam, sed semper amicam &c.* Item infra loquendo de Prædestinatione Dei, ac justificatione Sanctorum, inquit: *Nullus tamen est ex filijs Adam, quem aliquando non habuerit pro inimico, præter te, ô MARIÆ!* Vide Bibliothecam nostram tom. 1. fol. 713.

THOMAS de Aquino, Angelicus Doctor Ecclesie Sanctus, Ordinis Prædicatorum, in Epistolam Pauli ad Galatas, cap. 3. lect. 6. fol. 143. col. 2. ad finem, sic inquit ad illud: *Non dicit in feminibus, &c.* Dicit in feminibus, quasi in multis, id est, sicut faceret si de multis illud varet; sed in uno, quod est Christus, quia ipse solus est per quem & in quo omnes poterunt benedici. Nam ipse solus & singularis est, qui non subiacet

maledictioni culpæ, etsi maledictio pro nobis dignatus sit fieri. Unde dicitur in Plal. Singulariter sum ego, &c. Item: *Non est qui faciat bonum, &c.* Eccl. 7. Virum de mille unum reperiri, scilicet Christum, qui esset sine omni peccato; mulierem autem ex omnibus non inveni, quæ à peccato omnino immunis esset, ad minus originali, vel veniali. Excipitur purissima & omni laude dignissima Virgo *MARIÆ.* Conclusionem autem inferit consequenter, cum dicit: *Hoc autem dico testamentum, &c.* Sic in impressione facta Venetijs & correctâ per Fr. Jacobum Alberti Castrensem, anno 1548. apud Hieronymum Scotum; & extat in Bibliotheca D. D. Cardinalis Barberini. Et ad marginem suprapositæ sententiæ sunt verba ista ad litteram: *Vide hic, esse de mente Sancti Thomæ nullum habuisse peccatum Beatam Christi Matrem, nec etiam originale. Verba præcipua extant in impressione facta Parisijs, anno 1548. fol. 157. cujus originale extat in nostro Conventu Matritensi, quo usi sumus in Armamentario Seraphico, col. 482. habetque etiam marginem supra relatam. Apud D. Carolum Moronem Canonicum Sancti Laurentij in Damaso & Bibliothecarium D. D. Cardinalis Francisci Barberini, extat aliud originale impressum characteribus antiquis Parisijs curâ & sollicitudine Nicolai Prævoiti; impensis verbè Petri Gandaul Universitatis Bibliopola; an. 1529. in fol. & pag. 141. col. 1. in principio habet ipsissima verba supra relatâ, exceptis marginalibus; & in alia impressione Parisiensis 1541. & alia Venetiana 1553. Item, in alio originali Parisiensis, impr. ann. 1513. qui in fronte hæc habet: *In via Jacobæ sub quatuor Elementis.* Item, & alia Veneta apud Petrum Hier. Scorom ann. 1548. quæ extat Florentiæ in Biblioth. PP. Capuccinorum, ut refert Pistonia fol. 185. Item, in alia impressione facta an. 1555. Venetijs per Fratrem Jacobum Albertum Castrensem; in quibus omnibus habentur verba illa: *Excipitur purissima & omni laude dignissima Virgo MARIÆ.* Vide de hoc Joannem Antonium Velazquez in lib. de *MARIÆ* Immaculatè conceptâ, lib. 1. dissert. 1. adnot. 5. fol. 4. Henriquez, lib. 3. de Sacrament. Confessionis, cap. 11. in Glossa littera M. Christoph. de Vega Palest. 3. cert. 3. fol. 72. Leon class. 9. latè. In impressione novissima facta Parisijs 1654. fol. 365. prætermissa sunt hæc verba; & ad marginem hæc sunt: *Advertas humanissime Lector jam in quibusdam Venetijs 1553. impressis eodiceibus post expositam Salomonis auctoritatem hanc fuisse appositam particulam: Excipitur purissima & omni laude dignissima Virgo MARIÆ. Quam à quodam temerè adjectam nulli dubium fore credimus; nam nec in manusc. nec etiam alibi impressis codicibus, quos viderim (nam multos vidi) hæc particula reperitur, & in eo Parisijs impress. à Fratre Joanne Alberto Castrensi à mendis expurgato non invenitur; & luce clarius est D. Thomam minimè hujus fuisse sententiæ, quam millies in sua doctrina impugnat. Iste bonus vir etiam in margine imprimi curavit hæc verba: *Vide hic, esse de mente S. Thomæ nullum habuisse peccatum Beatam Christi Matrem, nec etiam originale. Quod an verum sit, tuum sit judicare.***

Item, in Expositione aurea super Psalmos David Psalm. 14. fol. mihi 298. ad illa verba: *Qui ingreditur sine macula, & operatur justitiam, inquit: Et ideo dicit: ingreditur, id est, in via gra-*

ditur. Psalm. 41. Ingrediar in locum tabernaculi. Item, 118. Beati immaculati in via; sine macula seilicet mortali, quia peccatum veniale non habet macula proprie. Eccl. 31. Beatus dives qui inventus est sine macula: sed in Christo. & in *MARIA* nulla omnino macula fuit; & istis appropriatur temperantia, quia contra temperantiam maculatur, &c. Nota illam universalem: Nullam omnino maculam habuit *MARIA*. Si nullam omnino; igitur neque originalem, nam culpa originalis macula est, quod non negant Adversarii; ipsi enim contendebant vocare ejus Conceptionem maculatam, quam nos Immaculatam vocamus. Fortè dices quòd hic loquatur Angelicus Doctor juxta subjectam materiam, id est nullam omnino maculam peccati mortalis habuisse. Sed quorsum hæc? Sufficiebat enim tunc dicere: Sed hanc maculam mortalem non habuerunt Christus, & *MARIA*; igitur universalis illa, nulla, & adverbium illud, omnino, quòd dicitur ab omnis, & est adverbium intentivum, penitus omnem maculam relegant à Christo & *MARIA*, ita ut nullam in ipsis relinquunt, sive mortalem, venialem, aut originalem. Vel sic argumentor: Hæc propositio: Christus nullam omnino maculam habuit, quomodo se extendit? nonne usque ad maculam originalem? igitur si Angelicus Doctor coniungat utramque personam Christi & *MARIÆ*; eandem vim habere debet in utroque, quamquam aliter; nam Christus nullam omnino maculam habuit per naturam, *MARIA* verò nullam omnino maculam habuit, sed per gratiam & privilegium. Tandem sic concludo: In Christo & *MARIA* nulla omnino macula fuit, &c. Verifica illud præteritum, fuit, & non invenies illud realiter, ac formaliter exhaustum, quousque pervenias ad primum instans, sive ad ultimum calculationis: quia sine macula fuit in vita, imo antea fuit in nativitate, imo fuit in utero, imo denique fuit quando incepit esse.

Item, Psalm. 18. ad illa verba: In sole posuit tabernaculum suum, inquit: Id est corpus suum posuit in sole, id est, in beata Virgine, quæ nullam habuit obscuritatem peccati. Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c. Si *MARIA* nullam habuit obscuritatem peccati; igitur nec originalis. Nonne tota natura humana obcurata est per peccatum originale? nonne tenebræ nos comprehendunt per peccatum originale? nonne caligine illa totus obtenebratus est mundus? igitur si ab obscuritate eximit Angelicus Doctor *MARIAM*, & à tenebris & caligine peccati originalis liberam dicit.

Item, Psalm. 45. fol. 429. ad illa verba: Adjuvabit eam Deus vultu suo, inquit: Et possunt hæc referri ad Beatam Virginem, quia ipsa est civitas, in ipsa habitavit, ipsam fluminis in petus, scilicet Spiritus Sanctus, sanctificavit, ipsam sanctificavit in utero matris sue postquam formatum fuit corpus & creata anima. Tunc primo operuit gloria Domini tabernaculum, ut dicitur Exod. 40. Et est alia sanctificatio Beate Virginis & aliorum Sanctorum, quia alii sic sanctificati fuerunt, quod nunquam mortaliter peccaverunt, tamen venialiter. Sic Joan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, &c. Beata autem Virgo nec mortaliter, nec venialiter unquam peccavit. Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, &c. Et ideo dicit: Adjuvabit eam Deus manè diluculo, id est, adhuc eam existente in utero: & hoc est quod dicit, quòd auxiliatus est ei Dominus in ipso ortu ma-

tutino, &c. Fatemur, quòd Deus sanctificavit *MARIAM* in utero matris sue, postquam formatum fuit corpus & creata anima; nam ante formationem corporis, & animæ creationem, non erat capax sanctificationis. De hoc nulla est quæstio, nam verissima sunt quæ Angelicus Doctor dicit, sed quæstio est, an sanctificata fuerit *MARIA* post animationem, id est, postquam illi corpori iam formato & organizato infusa fuit anima rationalis in illo puncto seu instanti? Angelicus Doctor respondet quòd sanctificata fuit manè diluculo, in ipso ortu matutino. Hæc nostra est sententia, quòd Deus non solum juvit *MARIAM* in sua Conceptione, sed adjuvit, id est, ad aliquam hostilitatè juvit, ad aliquod periculum juvit; nec adjuvit manè; sed manè diluculo, id est, ad tempus illud cum incipit prima lux esse: hoc enim propriè vocatur diluculum. Nec adjuvit in ortu meridiano, vel vespertino; sed in ortu matutino, id est, in illa hora seu puncto, quòd est inter noctem & diem, suæ gratiæ auxilio adjuvit. Lib. impress. Parisius, an. 1640. in folio.

Item, in Explicatione Salutationis Angelicæ, opusc. 8. sic habet: Tertio quantum ad puritatem, quia *B. Virgo non solum fuit pura in se, sed etiam procuravit puritatem alijs: ipsa enim purissima fuit & quantum ad culpam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit.* Sic habetur in prima impressione existente in Monasterio *B. MARIÆ de Boom* Patrum *S. Birgite* in Ducatu *Clivensi*, & apud *Conventuales Colonia*; ac etiam in diversis originalibus manu. in *Biblioth. Regia Parisius*, & *Lovani* in *Abbatia Parcensi*, & *Monast. S. Martini Canon. Regularium*.

THOMAS de Aquino, Doctor Hispanus, scripsit latam Concionem de *Immaculata puritate Virginis MARIÆ in sua Conceptione*, & extat apud *Ferriol* in tractatu de *Concep.* à folio 75. usque 80.

THOMAS de Aquino Neapolitanus, Clericus Regularis, in libro dicto: *Vinea Christi, sive, Politia Ecclesiastica, lib. 6. fol. 338.* de *B. MARIA*, inquit: Tu enim nunquam infirmata es per peccatum, & semper plena fuisti omnis virtutum, &c. De quolibet etiam prophanante *Conceptionem Beatissime Virginis, & ipsius innocentiam* cultum ac venerationem prosterneute conqueritur idem Salvator, dicens illud *Joel 1.* Posui vineam meam in deserto, &c. Lib. impress. Lugduni 1647. in 4.

THOMAS ab Argentina, Eremitarum divi Augustini Prior Generalis Gallo-Belgicus, in lib. 2. Sent. dist. 30. art. 3. Utrum peccatum originale omnibus hominibus generaliter infundatur & ponit hanc Conclusionem: Dico, quòd *Virgo gloriosa ex privilegio singulari sic fuit prævenia Spiritus sancti gratiæ, quòd originali culpa nunquam extirpavit maculata.* Item, in 3. Sent. dist. 3. quæst. 1. art. 1. Utrum Beata Virgo contraxerit peccatum originale in sua Conceptione? sic inquit: Primo ponam duas Conclusiones. Prima est; quòd Deus potuit *Virginem Matrem præservare ab originali culpa.* Secunda; quòd hoc congruum fuit, & divinam bonitatem decuit. Tertio infero unum corollarium, scilicet quòd de *sacro Virgo Mater Dei sine peccato concepta fuit, &c.* Quod latissime probat per integram quæstionem. Lib. impress. Genævæ 1585. in folio, & Venetiis 1564. in folio.

THOMAS Atrebatensis, in 3. Sent. fol. 53. c. 96.

Y y y

Utrum

Utrum Beata Virgo contraxerit peccatum originale? Respondit Raymundus, &c. agit latè de mysterio. Tractatus hic fuit compilatus anno Domini 1290. nono mensis Julii; impress. verò 1507. apud Joannem Tavinum Tridivensem in 4. sub tit. *Quæstiones dubitabiles super 4. libros Sentent.*

THOMAS Bartonius, natione Anglus Collegij Hispalensis alumnus, in laudem *MARIÆ* Virginis semper intactæ. Matris Dei, sine ulla peccati originalis contagione conceptæ Latinum Carmen, Impress. Hispali 1616. in 4.

THOMAS Bauxamis, Ordinis Carmelitarum Callus, in libro Harmoniæ Evangelicæ tomo 2. ad caput 11. Matthæi & 7. Lucæ, folio 430. ad illa verba: Inter natos mulierum, probat *Virginem MARIAM* in peccato originali minimè conceptam fuisse, ex variis Doctoribus, licèt breviter. Item, in cap. Matthæi 12. Marci 3. & Lucæ 11. folio 470. *Quod Virgo MARIA* eximenda est à peccato cum Augustino, cujus adducit auctoritatem. Lib. impress. Parisiis 1594. in folio. Vide etiam super Magnificat, ad illud: Quia fecit mihi magna, folio 52.

Item, in lib. de Sacrosanctæ Cœnæ mysteriis, Passione, ac Resurrectione D. N. Jesu CHRISTI, de tertio Christi verbo in Cruce, fol. 363. vocat *MARIAM Virginem purissimam & immacentem*, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1573. in 8.

Item, in Compendio Vocabularij Theologi Scholastici, anno 1517. à Joanne Altestaig Mindelaimensi collecto, &c. fol. 11. inquit: *MARIA concepta sine originali peccato*, non tamen eò modo quo Christus: ille enim id habuit per naturam, diva autem Virgo per gratiam, &c. Lib. impress. Parisiis 1567. in 16.

THOMAS Bocius, Congregationis Oratorij Eugubini, eximit *Virginem à peccato originali*, in Signo de cultu Deciparæ & Sanctorum, lib. 9. cap. 7. signo 36. tomo 1. Impress. Romæ 1591. in fol. & Lugduni 1594. in 8.

THOMAS Bottinus de Luca, Ordinis Prædicatorum Italus, in libro dicto: Mancipium gloriosissimæ Virginis *MARIÆ*, fol. 25. enumerat quatuor ejus privilegia, scilicet *prædestinationem, Conceptionem, Virginitatem, & Maternitatem*. Lib. impr. Orvieti 1631. in 24.

THOMAS Britus, Ordinis Minorum, in Sermonario de Sanctis, seu Postilla de communi Sanctorum, sustinuit sententiam de *Immaculata Virginis Conceptione*. Ita Ant. Daza tract. de Concept. cap. 6. fol. 50. & de Opere etiam agit Waddingus, fol. 323.

THOMAS Campanella, Ordinis Prædicatorum, natione Calaber Stulensis, edidit de *Conceptione Beatissimæ Virginis* Librum unum, quem ipse refert in Commentario de libris propriis ex Apibus Urbanis. In hoc opere acerrimè defendit Immaculatam Virginis Conceptionem. Cùm essem Romæ desideravi hunc videre Librum; sed qui illum mihi promissit, discessit ex improviso ab Urbe.

THOMAS del Campo Ochoa, Doctor Hispanus, in Ser. de Annuntiatione Virginis, inquit: Viene tambien apasionado de las grandezas de *MARIA*, la elegida por suya desde el principio sin principio, &c. O grandeza de esta muger valiente! ó fuerza aun mas feliz que la del Verbo! pues si à el pudo oponerlele atrebido el demonio, huyo siempre cobarde à esta Señora; de fuerte, que ni aun imaginarse pudo descompuesto en presencia tan soberana,

escarmentado de sus armas, que fueron las primeras, que desbarataron al demonio, &c. Impress. Toleti 1643. in 4.

THOMAS Cisterciensis Gallus, Ordinis Sancti Benedicti, in Commentarijs Cantici Canticorum lib. 6. fol. 71. col. 4. ad illa verba: Quæ est ista quæ ascendit per desertum? inquit: Si vis audire nascentem de deserto, audi quàm solemniter cantat Ecclesia: Hodie nata est Beata Virgo *MARIA* ex femine Abraham, orta de tribu Juda, clara stirpe David. Semen est pars carnis virilis feminata in utero matris, ut inde fiat puerperium. Triplex est collectio personarum ex eodem semine, tam à latere venientium, quàm linearum stirps. Est collectio personarum linealiter ab aliquo descendentium. In primo est auctoritas, in secundo strenuitas, in tertio claritas. Auctoritas genituræ carnalis, strenuitas probitatis, virilis claritas nobilitatis regalis, &c. Generatione autem quarta revertetur huc: secundum enim propositum nostrum, prima generatio est Abraham, secunda Judæ, tertia David, quarta Christi & *MARIÆ*, &c. Item, lib. 9. fol. 135. col. 4. inquit: Stellas legimus plures. Est enim stella vespertina, sunt stellæ nocturnæ, est stella matutina. Prima fuit Eva, secunda antiquorum Patrum vita gloriosa, tertia fuit *MARIA*. Prima fuit in principio; sed extincta est eadens & introducens noctem culpæ & pœnæ. Secundæ fulserunt in nocte adversitatis virtute patientiæ. Tertia fulsit gratia in medio nebule legis *Mosicæ*, &c. Item, infra dicit: *MARIA* fuit quasi luna plena in Conceptione, plena Angelica salutatione; plena Spiritus sancti obumbratione &c. Luna ista, id est Beata Virgo, nubeculæ patitur obscuritatem, non dico culpæ, quia immaculata facta est à peccato; sed pœnæ quam sustinuit compatiens Filio, pro his quæ sustinuit in hoc exilio, &c. Lib. imp. Parisiis 1521. in folio.

THOMAS Dekens, Societatis Jesu Belga, in Theologicis Thesibus habitus Lovanii die 15. Julij anno 1642. thesi 18. de Originali, hæc inquit: Originale est actuale primi parentis ut notatum est, & in omnes, excepta *Virgine*, per modum habitus transfusum; quam à debito quoque si vis eximere, dic conditionatè in Adamo constitutam; nam præter Christum novam creaturam nullam agnoscimus. Impress. ibidem in 4.

THOMAS Ebendorffer de Haselbach, Canonicus & Rector Viennensis, qui vixit anno 1423. adducitur tamquam *Immaculæ Conceptionis* assertor à Joanne Ludovico Schonleben in lib. Orbis Universi Votorum pro diffinitione piæ & veræ sententiæ pro Immaculata Conceptione, tom. 4. fol. 24. Et in libro Collationum suarum, sermone de Conceptione V. *MARIÆ*, sic inquit: Piè credamus, quòd Deus decenti V. *Marem*, & sicut decuit honoravit, & taliter à peccato præservavit, sicut sibi placuit. Et quia ista expressè in Canone Bibliæ non sunt scripta, idè circa ea cautius est loquendum tantò, quantò spiritualius scripturarum in testimonijs non possunt liquidum roborari. *Credendum est etià piè, quòd Christus eam à peccato originali præservare potuit & sicut decuit, eam præservavit*. Alij autem homines omnes præter Christum, de quo est certum, & *Virginem*, de qua piè est dubitandum, contraxerunt aut contrahunt originale. Hic dubitandum posuit pro opinandum.

Item, ex libro Sermonum de Sanctis, Serm. secundo

cundo de Annuntiatione: Missus est Angelus Gabriel, &c. Natus est autem Christus à Matre plena gratiâ, secundum quod dicit Richardus de Mediavilla, dist. 3. tertij, & Doctores communiter ibidem: Triplex est plenitudo gratiæ. Prima sufficientiæ, quæ non comparitur secum aliquid peccatum mortale, &c. Secunda est plenitudo specialis prærogativæ, quæ excludit ab anima omne mortale peccatum, & cum hoc omne veniale, &c. Tertia est plenitudo perfectionis omnimodæ, &c. & quantum ad exclusionem *omnis peccati originalis*, venialis & mortalis, & etiam absolute possibilitatis ad peccandum, &c. Unde Virgo benedicta tripliciter fuit plena gratiæ. Et post medium ejusdem Sermonis: Benedicta tu inter mulieres, id est, plus benedicta, quam omnes mulieres, ac per hoc *quidquid maledictionis* infusum est per Evam, totum abstulit benedictio *MARIÆ*; unde & merito dicitur benedicta super omnes mulieres; imò & super omnes puros homines; imò & super Angelos, & universaliter super omnem creaturam, quia meliora & excellentiora ei Deus contulit quam alicui creaturæ, ut clarè patet ex dictis. Manuscript. Vienn.

THOMAS Elias Hudizzoni Genueusis, Ordinis Prædicatorum, edi curavit iterum cursum Theologicum R.P. Fr. Joannis de S. Thoma, ubi fol. 119. & deinceps agit quis sit tenus D. Thomæ circa ea quæ Ecclesia docet de *Immaculata Virgine Conceptione*. Lib. impress. Genæv 1654. in fol.

THOMAS de Espina, Ordinis Prædicatorum, pro sententiâ *Immaculata Conceptionis Virgine MARIÆ* citatur à Joanne Eusebio Nieremberg. lib. Exception. cap. 23. folio 356.

THOMAS Francés de Lirritigoiti, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit Librum sub hoc titulo: Certamen Scholasticum, expositivum argumentum pro Deipara, &c. cujus Articulos vidi, & legi, & ferè omnes difficultates sunt circa *Immaculatam Virgine MARIÆ Conceptionem*. Lugduni 1661. in folio.

Item, in libro Sermonum. sub titulo: Contra la peste del vicio remedio en el de la senaño, &c. in Prologo ad lectorem fatetur *mysterium Conceptionis Immaculatae Virgine Dei Matris MARIÆ*. Lib. impress. Casaraugusta 1653. in 4.

Item, in libro Hispanico: Muerte de Jezabel, discursos para las tres ferias maiores de la Quaresma unido el Evangelio con la istoria, in serm. 2. feriæ sextæ §. 7. num. 25. & 27. latè de *Immaculata Virgine Conceptione*. Lib. in 4. Vide etiam term. Dominicæ 2. §. 2. num. 7.

THOMAS Gonzalez, Ordinis Prædicatorum, scripsit cum aliis Patribus sui Ordinis miram Epistolam ad summum Pontificem pro *mysterio Immaculatae Conceptionis Virgine MARIÆ*. Vide verb. Ludovicus de Aliaga, & Euseb. Nieremb. lib. de Excep. fol. 416.

THOMAS de Herrera, Ordinis Sancti Augustini, & ex mea paria Carvajalensi, in libro prænotato: Alphabetum Augustinianum, 1. & 2. tom. &c. refert Auctores, qui ex sua Familia scripserunt pro *Immaculata Virgine MARIÆ Conceptione*. Lib. imp. Matti 1644. in fol. Vide fol. 136.

THOMAS Hierosolymitanus Patriarcha Beatus, natione Græcus, misit Epistolam continentem fidem orthodoxam ad Hæreticos in Armenia, quam Arabicè dictavit Theodorus Abucara, in

qua aliqua extant verba, quæ *purissima Conceptioni Virgine Dei Matris favent*. Vide hæc verb. Theodorus Abucara; vel Opera S. Anastasij Sinaitæ imp. Ingolstadtij anno 1606. in 4. fol. 449.

THOMAS Hibernus, vel Hibernicus, Ordinis Minorum (licet Nomenclatores Dominicani ut Anton. Senensis, Placentinus & alii ipsum faciant ex Ordine Prædicatorum) in lib. Flores Doctorum penè omnium tam Græcorum, quam Latino-rum, qui tum in Theologia, tum in Philosophia hæcenus claruerunt, ait: *Quod exceptal virgine MARIA omnes alij Sancti & Sanctæ habuerunt peccatum*, ex auctoritate S. Augustini verb. *MARIA*, fol. 220. Venetijs 1576. in 8. & anno 1596. in 12. & Lugduni 1580. & 1575. in 12. & Colonia 1606. in 12. regali. Vide alia ibi ex Sanctis Patribus desumpta à fol. 497. usque 509. Extat etiam manusc. in Bibliotheca Scorial.

THOMAS de Jesu, Ordinis S. Augustini Hispanus, in libro: Oratorio Sacro de Soliloquios de amor divino, y varias devociones de nuestra Señora, fol. 208. inquit: Para los que pretenden alcanzar mejor la pureza de su alma por intercessiõ de la Virgen Santissima nuestra Señora se les pone la presente devocion à su *purissima & Immaculada Conception*, que diciendole con atencion y devocion todos los dias sera de grande fruto à los fieles: *Virgo ante Conceptionem preservata. Ave MARIA. Virgo in Conceptione Immaculata. Ave MARIA. Virgo post Conceptionem tota pulebra & sine macula. Ave MARIA.* Antiphona: *Conceptio tua Dei Genitrix Virgo gaudium annuntiavit universo mundo: ex te enim ortus est Sol justitiæ Christus Deus noster, qui solvens maledictionem dedit benedictionem, & confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam.* Versiculus: *In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisse.* Resp. *Ora pro nobis Patrem cujus Filium peperisti.* Oratio: *Deus, qui per Immaculatam Virgine Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum preparasti, &c.* Lib. impress. Matti 1628. in 16. cum imagine Immaculatae Conceptionis.

Item, in libro: Tabajos de Jesus part. 1. labore 1. fol. 2. postquam egerat de lapsu primorum Parentum, ac peccato originali, immediatè inquit: Comenzò nuestro divino Maestro, y redentor su obra por el mismo orden, y por las virtudes contrarias à los vicios por donde nos aviamos perdido. Escogio primeramente por Eva otra compañera perfectissima para la obra que queria hacer, à la sacratissima Virgen *MARIA* nuestra Señora. *purissima en el alma*, santissima en la vida obediensissima à Dios, instrumento de todos los bienes, como lo avia sido Eva de todos los males: peccò Adan pocas horas, &c. Lib. impress. Matti 1620. in 4. & traduct. per Christophorum Ferreira, & Sampaio.

THOMAS de Jesu, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in libro de Antiquitate Sanctorum Ordinis Carmelitarum, ac de Privilegijs Confraternitatis, &c. lib. 2. fol. 66. ad diem 8. Decembris, de Indulgentijs in die *Conceptionis Virgine MARIÆ* in Ecclesia Domine nostra del Populo in Urbe. Lib. impress. Salmantica 1599. in 4.

THOMAS Illyricus de Auximo, Ordinis Minorum Italus, & Prædicator Apostolicus per universum mundum, scripsit 50. Sermones aureos de Christo Domino ac de Beata *MARIA* ejus Matre; de Christo 25. de *Virgine* verò alios 25. devotos

Yyy 2

pios,

pios, ac eruditos sanè, quorum primus, qui est in ordine 26. extat sub hoc titulo: *De Immaculata Conceptione Virginis MARIE*, ubi latè probat ejus immunitatem, à fol. 122. usque 138. Lib. impress. Tolosæ 1521. in 4. Hæc, quæ vidi & legi, refero. Sed R. P. Lucas Waddingus atque Hippolytus Marraccius affirmant, quòd etiam scripserit de Conceptione Virginis MARIE Tractatum unum, quem non vidi: potest esse, quòd supra relatus Sermo sit Tractatus à supradictis Nomenclatoribus relatus, quia ad modum Tractatus extat dispositus cum Prologo & cum varijs divisionibus.

THOMAS Georgius, Ordinis Prædicatorum & Cardinalis (quem ut distinctum à Thoma Angelico enumerant Patres Prædicatorum in suis Bibliothecis) super Psalms, Psalm. 32. vers. 7. pag. 64. col. 2. inquit: Extendens cælum sicut pellem, intelligitur ipsa Virgo, quæ de homine mortuo, scilicet peccato, nihil habuit nisi pellem, id est, quandam exteriorem similitudinem. *Nihil enim in ea fuit de cadavere, quia nihil in ea fuit de carnis infectione*, ut sibi competat illud Psal. 103. Extendens cælum sicut pellem, &c. Vide etiam vers. 14. pag. 68.

Item, Psalm. 17. versic. 38. pag. 194. col. 1. citat Sanctum Hieronymum ex libro de Assumptione Beatæ MARIE: Quidquid in ea gestum est, totum puritas & simplicitas, totum veritas & gratia fuit, &c. Lib. impress. Venetijs 1611. in fol. Vide Anonym. Franc. Auctore 33. & Mart. del Castillo, ad Dan. 13. in Appendice de Susanna figurata §. 14.

THOMAS Jorius sive Loyci Anglus, Ordinis Prædicatorum, circa annum 1311. scripsit de Conceptione Virginis MARIE, ut referunt Pitseus & Leon classe 6. Hunc existimo esse, quem supra citavimus sub nomine Georgii Canonici.

THOMAS à Kempis, Ordinis Canoniarum Regularium Sancti Augustini, in 3. part. serm. 6. ad Novitios, *Quid MARIA fuit rosa inter spinas sine spina, &c. & ab omni labe pura; & quod rutilabat fulgore in sua generatione*. Lib. impr. Antuerpiæ 1601. in 8. magno, & alibi.

THOMAS, Magister Ordinis Minorum, Doctor Parisiensis, primò adversarius existens Immaculate Conceptionis B. Virginis, postea quasi per miraculum suam mutavit sententiam, & omnia quæ dixerat contra illam in sermone sub themate: *Quid est, quod factum est? mutavit, retractavitque in alia Concione de Conceptione Virginis MARIE* his verbis: Confessio mea hæc est, &c. Quæ ad longum reperies apud R. P. Franciscum Martini Carmelitam, tractatu 5. de Conceptione folio 145. & sunt digna notatu.

THOMAS Manrique, Ordinis Prædicatorum Hispanus, citatur pro sententia Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE. Vide Joan. Euseb. Nieremb. lib. Exception. cap. 23. fol. 356. Pistoiam coron. 2. cap. 5. folio 162.

THOMAS de Mantua, Ordinis Minorum Italus, in Arbore Provinciae S. Antonii Veneriarum, enumerat Capellas Conceptionis Virginis MARIE in eadem Provincia quatuor. Et Altaria Conceptionis ejusdem duodecim. Extat prædicta Relatio in nost. Biblioth. manuscr.

THOMAS Massucius, Societatis Jesu Italus, in lib. de Cælesti conversatione, lib. 8. cap. 3. fol. 526. inquit: Tertium unde excitari ad honoraria cum

hac sacratissima Virgine colloquia maximè possumus, est gradus eminentissimæ sanctitatis & omnium virtutum, donorum & meritorum singularissima excellentia, quæ sive ab initio sua Immaculate Conceptionis, sive in progressu Angelicæ potius quàm humanæ vitæ ipsius, sive demum in ejus felicissimo fine & egressu considerentur, aded superant humanam intelligentiam, ut meritò cum SS. Bonaventura, & Bernardino Senensi de ea liceat spiritualiter interpretari, quod legitur in Ecclesiastico: Radix sapientiæ cui revelata est? ipse nempe solus Deus creavit illam in Spiritu sancto, & vidit, & dinnumeravit, & mensus est, &c. Lib. impress. Romæ 1622. in 4. Vide alia ibi.

THOMAS de Monzabal, Abbas Regalis Monasterii de Herrera Ordinis Cisterciensis Hispanus in libro: Primera parte del retrato del hombre feliz, y humana felicidad, pro Conceptione Virginis MARIE ponit indicem concionatorum. Impress. Pampilonæ 1618. in 4.

THOMAS N. Academicus Viennensis (cujus Religionis, ignoratur) qui vixit ad annum 1437. adducitur pro Immaculata Virginis Conceptione à Joanne Ludovico Schonleben, tomo 4. Auctore 26. folio 43.

THOMAS N. Plebanus in Germania, qui vivebat anno 1436. edidit Sermones, qui manuscript. servantur in Academia Viennensi, & sermone 3. de Annuntiatione, sic inquit: Ave MARIA. Tu pulchra es, & tu mundas virgo sine omni macula, & ab omni væ omnium peccatorum. Istam expositionem rangunt Doctores circa dist. 3. tertii Sententiarum; & secundum hanc expositionem intendimus dicere: Ave MARIA. Tu prælecta Virgo, quæ à peccato originali es totaliter preservata, &c. Vide Joannem Ludovicum tomo 4. de Conceptione, Auctore 23.

THOMAS à Novaria, Ordinis Minorum Italus, in libro dicto: Ordo processionis, quæ quotidie post Completorium fit Hierosolymis per Ecclesiam SS. & gloriosissimi Sepulchri, adducit Ant. illam: *Tota pulchra es MARIA, & macula originalis non est in te, &c.* cum Versu: *Immaculata Beate MARIE Virginis Conceptione*. Et Resp. *Defende nos à serpentis antiqui latione. Et Oratione: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c.* Lib. impress. Venetijs 1626. in 4.

THOMAS Ordoñez Hispanus, edidit Opusculum Poëticum sub hoc titulo: Epilogo de Amor en alabanza de D. Mariana Manrique de Lara, Abadesa del Monasterio de nuestra Señora de la limpia Concepcion, &c. Impress. Limæ in 4.

THOMAS de Ortega, Doctor Hispanus, ac Judex Ecclesiasticus Diocesis Hispalensis, aduavit juridicam informationem de aliquibus scandalis exortis occasione affirmativæ opinionis circa immunitatem Virginis MARIE à peccato originali; & prodiit typis mandata cum aliis anno 1615. in folio. Vide verb. Ludovicus Alvarez.

THOMAS Porcæchus, Doctor Italus, recollectit Conciones aliquorum illustrium virorum Theologorum, inter quas extat sermo R. P. Domini Hippolyti Chizzuola factus in civitate Mantuana Dominica 3. Adventus in festo Conceptionis Virginis MARIE. In lib. impress. Venetijs, anno 1565. in 8. à folio 62. usque 160.

Item, in libro dicto: Pianto de la Marchesa de Pescara, Victoria Colona, in explicatione Salutaris

tionis Angelicæ à fol. 25. afferit, *Quod fuit Virgo MARIA semper gratiâ plena, & Dominus secum in omni momento.* &c. Impress. Venetiis 1563. in 12.

THOMAS Ramon, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro: *Nuevas y divinas indias de las altísimas virtudes de MARIA, y doze soberanísimos privilegios suos figurados en las doze estrellas de su Imperial corona*, Stella 1. sub hoc título: *Nuevas, y divinas indias de la purísima Concepción de MARIA sacratísima*, agit à fol. 1. usque 87. sub diversis capitibus seu conceptibus, verbi gratiâ: Præmè privilegio, y primer estrella de su Imperial corona, *haver sido MARIA concebida en puridad y limpieza*. Pensamiento primero, como la purísima Virgen fue raro prodigio, y gran señal. Pensamiento segundo, como la purísima MARIA fue el estandarte Real que enarbolo Dios para hacer alarde de su potencia. Pensamiento tercero, como *la Virgen sin mançilla* fue el blanco y señal a quien tiraron los demonios sus jaras, los hereges y los enemigos todos de Christo. Pensamiento quarto, de como aquesta señal aparecio en el cielo. Pensamiento quinto, como la Virgen Madre tuvo la Luna enbajo sus pies. Lib. impress. Cæsaraugustæ 1624. & 1642. in 4. cum imagine Immaculatæ Conceptionis.

THOMAS Salius, Societatis Jesu Flander, in *Thesauo precum & exercitiorum spiritualium, Quod Virgo MARIA fuit Mater Dei, & ab omni peccato, non mortali tantum, sed & veniali & originali semper fuit immunis.* Item, de *Conceptione Beatæ Virginis* exercitium unum, quod concludit cum oratione: *Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem.* Antuerpiæ 1609. in 8. & Bruxellis 1598. in 8. fol. 63. & fol. 188.

Item, in Litanis, ad diem octavam Decembris: *Sancta MARIA per Immaculatam Conceptionem tuam, ora pro nobis*, in libro: *Thesaurus Orationum & Litaniarum sacrar.* folio 262. Impress. Parisiis anno 1599. in 8.

THOMAS Sirenus, Ordinis Minorum Hibernus, in Theologia habita Lovanii die 2. Martij 1639. defendit, *Virgine Dei Matre excepta, omnes contraxisse peccatum originale.* Impress. eodem anno in 4.

THOMAS Stapletonius, Doctor Theologus Anglus, in libro: *Promptuarium Catholicum ad instructionem Concionatorum*, contra Hæreticos nostri temporis, super omnia Evangelia totius anni tam Dominicalia quam de Festis, Concione de Annuntiatione, fol. 161. inquit: Jam verò neque ex hac interpretatione in favorem Hæreticorum colligi posse videtur Beatam Virginem conceptione hac, & partu Filij Dei consummatis non amplius æstimari debere, vel à nobis vocari & salutari gratiâ plenam, quia hujus plenitudinis causa citò transit, nato simul Christo: Observandum & illud est, Beatam Virginem tum ante hanc Angeli vocem, tum post Christi partum, alio quoque & singulari respectu plenam gratiâ fuisse, & semper perstitisse. Hæc enim Angeli verba: *Gratiâ plena*, non solum prænuntiantis sunt, quid in ea mox futurum erat, ut jam explicatum est; sed etiam affirmantis, quid jam ipsa esset: omnibus nempe gratiæ donis atque virtutibus plena, &c. Invenerat enim gratiam apud Deum, id est, tam grata Deo inventa est, tam beneplacens, *tam pura & sancta Virgo*, ut apta & idonea esset, non sanè ex se, sed ex Dei gratiâ speciali, ut ceteri justis & sancti om-

nes, quæ Filium Altissimi conciperet & pareret, &c. Quare de hac perpetuitate gratiæ in Beata Virgine, sic Athanasius: Neque hoc temporarium fuit, sed per omnia tempora hoc illi datum est, ut in æternum sit plena gratiâ, &c. Si MARIA semper, & in omni tempore ante Incarnationem Verbi fuit plena gratiâ; igitur & in Conceptionis puncto & instanti.

Item, Sermone de Assumptione, folio 238. vocat Virginem *MARIAM* ex Nazianzeno & Augustino *amicam semper Dei*, cui collata fuit gratia ad vincendum ex omni parte peccatum; de quibus auctoritatibus suis locis vide.

Item, Sermone de Nativitate Virginis, fol. 242. inquit: *Quid autem Christo conjunctus, quid ad ejus puritatem propius accedit, quam Virgo illa purissima ex cujus visceribus nasci voluit?* His accedit, quòd cum veteres Prophetæ hujus Beatæ Virginis ortum prædixerint, & figuræ variæ præfiguraverint, debuit profectò Ecclesia eundem ortum gloriolâ commemoratione recolere; nec tam singulare humani generis bonum tam sedulo prædictum, tam variè figuratum, tam demum foeliciter præstitum, vel ingrata oblivione sepelire, vel leviter & obiter recordari; sed annua solemnitate in perpetuas generationes celebrare &c. Ex his auctoritatibus potest colligi, quæ fuerit hujus Doctoris mens; non scripsit sermonem de Conceptione Virginis, quia ipsius principale assumptum fuit instruere concionatores contra Hæreticos; controversia autem de Conceptione Immaculata est inter Catholicos. Nota tamen, quòd sermones istos, & auctoritates relatas non invenies in impressione Antuerpiensi facta anno 1613. sed in quadam Lugdunensi anno 1581.

Item, in lib. Anidota Evangelica ad 1. cap. S. Lucae, fol. 335 ad illud: *Ave gratiâ plena*, inquit: Tum etiam, cum jam ante hanc Angeli vocem, quæ non erat operatoria, sed partim (ut jam dictum est) prænuntiativa, & post ipsum partum semper erat omnibus virtutibus plena, *nullius peccati rea, &c.* Lib. imp. Lugduni 1595. in 8.

THOMAS Tamayus de Vargas, Chronista Hispanus, in lib. super Flavium Dextrum, *Quod festum Immaculatæ Conceptionis Domine nostræ* celebretur in Hispania à tempore promulgationis Evangelij à S. Jacobo, & sic fuerit ab Apostolis prædicatum, & ab Ordine S. Dominici defensum, Caput unum latissimum, à fol. 75. usque 85. Impress. Matriti 1624. in 4.

Item, circa fundationem Ecclesiæ Beatæ Virginis *MARIÆ* de Columna Cæsaraugustanæ. sub titulo *Immaculatæ Conceptionis* consecratæ Notam unam in Chronicon Luitprandi era 715. anno verò Christi 577. fol. 79. Lib. imp. Mantuæ Carpentanor. 1635. in 4.

Item, scripsit Librum *pro Immaculata Virginis Conceptione* contra Vincendum Bandellum de Castro novo, quem Anibandellum intitulavit, sive Apologiam pro intemerata Virginis Conceptione, ut ipsemet refert in Defensorio Flavij Dextri fol. 76. Leon classe 6. sed non vidit lucem.

Item, in Bibliotheca sua Hispanica refert & enumerat omnes Scriptores, qui de *Immaculata Conceptione Beatæ Virginis MARIÆ* scripsit. ruit Hispanicè. Lib. MS. in Biblioth. D. D. Cardinalis Barberini in folio.

Item, agit de Capella & Confraternitate *Conceptionis*

tionis erecta à D. Francisco Ximenez de Zifneros Archiepiscopo Toletano & S. R. E. Cardinali, in prima parte Descriptionis Toletanæ, lib. 5. cap. 8. fol. 235. Impress. Toleti 1617. in folio.

THOMAS Treterus, Canonicus Varmien. in Meditationibus Symbolicis vitæ Christi, fol. 4. verb. Incarnatio, asserit Quòd Christus ex *MARIÆ purissimis sanguinibus formatus est.* Imp. Brunsberg. 1612. in 4.

THOMAS de Truxillo, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in Thesauro Concionatorum, folio 288. in concione de Conceptione Beatæ Virginis *MARIÆ*, inquit: *De Conceptione Beatissime Virginis, quam Catholica Ecclesia celebrat 8. Decembris die, multa præclara extant doctissimorum Virorum scripta, ad quæ Lectorem remittimus &c. Deinde adducit pro hac festivitate Orationem seu Sermonem Sancti Epiphanijs Episcopi Cypri, qui multa dicit pro immunitate Virginis, ut suo loco notavimus. Deinde pro hac eadem festivitate citat varios Doctores, scilicet Hugonem de Sancto Victore, & Joannem Gerson, qui absque dubio vel controversia magis piam sequuntur sententiam. Deinde, inquit: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te Cant. 4. Consideremus, obsecro Fratres, quis dixerit hæc verba, ad quam dicta sint; sponsum loquitur ad amicam, Immaculatus ad Immaculatam, incorruptam. Pulchra quidem est *MARIA* intus, & pulchra foris; intus in corde, & foris in corpore &c. Totum quod in te est, *MARIA*, pulchrum est; in toto grata, in nullo ingratis in toto places, in nullo displices. Tota pulchra es, pulchra per naturam, pulchrior per gratiam, & pulcherrima per gloriam &c. Exultemus igitur dilectissimi in hac die, in qua dum Beatissimæ Virginis prævenimus Ortum, cunctarum etiam novi Testamenti festivitatum celebramus initium. Exultemus (inquam) in hac die præcipue, & totis visceribus in Domino delectemur, in qua dum Redemptoris nostri recolimus Matrem, reliquarum festivitatum celebramus originem: quæ enim cunctis solemnitatibus est antiquior tempore, nequaquam debet esse inferior dignitate, &c. Hinc planè colligere licet, quòd cum Christus eam amplissimis obtinuerit ornamentis, qui fuit *MARIÆ* Filius, ex consequenti etiam Mater amplissimis insignita est gratijs & excellentijs. Bene ergo de ea dicere poterimus: Cui assimilabimus te Virgo gloriosa? nam sol in conspectu tuo tenebrosus est, luna etiam & stellæ obscurantur, Seraphim quoque nullo modo tecum comparari possunt; similis ergo es Filio tuo. Unde Gregorius ait: Si vis Virginem cognoscere, qualis & quanta sit, in ejus Filium oculos conijeito, & ejus excellentiâ poteris etiam excellentiam Matris intelligere. Talis ergo Mater talem Filium deest: & contra, talis Filius talem Matrem. Hic etiam admirabilis quædam commutatio consideranda est: nam Mater dedit Filio humanam naturam, Filius verò Matrem celesti gratiâ replevit. Hinc etiam fit, ut sicut Filius in natura similis est Matri, ita etiam Mater per gratiam similis sit Filio, obediens sicut Filius, humilis sicut Filius, charitativa sicut Filius, & in sua etiam proportionem (quamvis non in æqualitate) plena gratiâ, sicut Filius: sic enim Gabriel eam appellavit gratiâ plenam; atque veluti columba sancta, & Immaculata cibum in os Filij apposuit. Hæc igitur sunt, quæ dat Mater Filio suo; Filius verò dat gratiâ plenitudinem, accelerat ei ratio-*

nis usum, &c. Fuerunt præterea fidelissimi inter se amantes Christus & *MARIA*, ex eo quòd quæ invicem acceperunt dona & ornamenta, ea nunquam dimiserunt. Nam humanitatem, quam Christus accepit, eam nunquam dimisit, & Beata Virgo munera etiam gratiarum, quæ à Filio suo accepit, nunquam dimisit, &c. Lib. imp. Lutetiæ 1585. in 8. & Venetijs 1587. in 4.

THOMAS Ubertinus, in libro Sermonum de Sanctis, qui est manus. in Conventu Patrum Augustinianorum Burdegalæ, habet Sermonem pro Conceptione Beatæ Virginis, & incipit: Ipsa est mulier quam præparavit Dominus Filio Domini mei, &c. ubi plura pro hoc mysterio. Item, consecutivè alium Sermonem pro eadem Immaculata Conceptione, & incipit: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea &c. Cant. 1.

THOMAS de Vega, Poëta Hispanus, edidit Librum, sub hoc titulo: *Discurso en alabanza de la Immaculada Concepcion de la Madre de Dios Señora nuestra.* Impress. Hispali 1616. in 4. Incipit: A una imagen de la Virgen, & est Tractatus latus.

THOMAS Vice-Componensis, Episcopus Moguntinæ, edidit Diploma ad annum 1503. quod incipit: *Splendor paternæ gloriæ*, &c. quo concessit Indulgentias asertoribus *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIÆ*, &c. ut refert Jacob. Polius in Vita S. Annæ, part. 1. §. 15. num. 12. & in quadam ejus Epistola. Marrac. in Antist. Marian. fol. 547. & Trithem. in suis Orationibus. Vide ibi, quibus circumstantijs.

THOMAS à Villacastin, Societatis Jesu Hispanus, in Manuali considerationum & exercitiorum spiritualium, de Conceptione Virginis *MARIÆ* meditationem unam, fol. 86. Lib. impress. Valentia 1616. in 24.

Item, in libro de Vita & Virtutibus Beatæ Virginis *MARIÆ*, advertentia 1. *Quòd Virgo MARIA fuit absque ulla macula.* Lib. impress. anno 1614. in 16. & Valentia 1616. in 16.

THOMAS à Villa-Nova, Sanctus Ordinis Sancti Augustini, Archiepiscopus Valentinus Hispanus, serm. 3. de Nativitate Virginis *MARIÆ*, inquit: Hæc est quæ hodie nascitur, hæc hodie apparuit mundo, sicut aurora confurgens, fulgida, rubicunda, purpurea, lata, non obtenebrata, non obnubilata, non maculata sicut alij filij Adam; sed pulchra ut luna, electa ut sol, &c. Et infra: Talis fuit virgo in naturalibus: *decuit & Matrem Dei esse purissimam sine labe, sine peccato.* Unde non solum quando puella, sed quando parvula, sanctissima, & in utero sanctissima, & in Conceptione sanctissima: non enim decebat sanctuarium Dei, donum sapientiæ, reliquarium Spiritus, urnam Mannæ celestis aliquam in se labem habere; propter quod antequam anima illa sanctissima infunderetur, plene fuit caro mundata ab omni sece & labe; & anima, cum infusa est, nullam habuit ex carne neque contraxit labem peccati, &c. fol. 146.

Item, in Sermone de Nativitate Beatæ Virginis, fol. 141. inquit: Hæc Scriptura (id est Verbum æternum) tam pulchra in quo libro, in qua papyro scripta est? utique in pergamento Virgineo purissimo, sine nota & nevo peccati, &c. Item, ad præsens mysterium judico cum alijs Scripturis pertinere verba illa ejusdem Sancti serm. 2. de Nativitate loquentis de pulchritudine, virtute, perfectione, gratia & gloria Virginis *MARIÆ*, sic: Solve cogitationibus habenas, dilata intellectui fimbrias & del-

& describe apud te in animo Virginem quandam purissimam, prudentissimam, pulcherrimam, devotissimam, humillimam, mitissimam, omni gratiâ plenam, omni sanctitate pollentem, omnibus virtutibus ornata, omnibus charismatibus decoratam, Deo gratissimam: quantum potes, tantum auge; quantum vales, tantum adde, major est ista Virgo, superior Virgo est ista: non enim Spiritus sanctus litteris descripsit, sed tibi eam animo depingendam reliquit, ut intelligas nihil illi gratiâ, aut perfectionis, aut gloriâ, quam animus in pura creatura concipere possit, desinisset; immo re ipsa omnem intellectum superasse; &c. O verba devotione, atque veritate plena! Præter in ipsis devota, illud ultimum nota: Quam animus in pura creatura concipere possit. Non dixit: excogitare, effingere, seu imaginari, vel quid similes sed concipere, ut ex conceptu mentis metiaris Conceptum Virginis; concipe mente personam Deiparæ, concipe animo. Ex hac (inquam) conceptione nequaquam coinquinabitur creatura illa purissima, licet tu concipiens conceptus fueris in peccato originali; sic etiam MARIA in sua Conceptione carnali, licet ex natura & in parentibus culpa originali infectis concepta, haud concepta in peccato: quia concepta, quasi animus vel mens eam conciperet. Imp. Compl. 1581. & Col. 1619. in 4.

THOMAS Waldensis Anglus, Ordinis Carmelitarum, in libro de Sacramentis, tom. 3. tit. 9. cap. 89. agit de Immaculata Virginis Conceptione; ut refert. Franc. Pistoia coron. 2. cap. 7. fol. 188.

Item, tom. 3. tit. 9. cap. 89. in celebri Opere de Sacramentalibus refert Armachanum anno Christi 1343. in festo Conceptionis Deiparæ MARIÆ habuisse in Conventu Carmelitarum Avinione, ubi tunc Pontifex residebat, insignem illum Sermone, cuius exordium est: Ave MARIA, ubi inter alia dicit: An non meritò dicimus illi Ave MARIA, quæ sic erat illustrata virtutibus in sua origine? Utrique hanc suam illustrationem in suo ortu hic sanctus ac peculiaris & antiquus Ordo suus Carmelitarum præterit in habitu, qui hoc festum ipsius singulariter solemnizat, candorem habitus sui (ut existimo prudenter) devotè referens ad hoc factum. Salmantica 1556. in folio.

THOMAS Walsinghamus, natione Anglus Benedictinus, ad annum 1389. sic inquit: Per idem tempus in Francia Fratres Prædicatores antiquam suam opinionem reassumentes de Conceptu Beatae Virginis, & prædicantes illam fuisse in originali peccato conceptam, in tantam efferati sunt superbiam, ut Episcopis illis indicentibus hujus rei silentium, noluerint obedire; postremo nec Regi, & proceribus id jubentibus parere volebant; quapropter extra protectionem regiam facti sunt, & inhibiti circuire per patrias more solito, ne fortè vulgus committit ducerent in ejusdem erroris dubium, & seducerent innocentes. Jussi sunt etiam intra propria habitacula cohiberi, de labore manuum suarum intra sua vivere, egredi nusquam præsumere sub pœna capitali. Præceptum est eis, ne de cætero quemquam ad Ordinem suum admitterent vel reciperent sub pœna præmissa; sed ipsum ita facerent, ut post hos, qui modò vivunt, nullus esset, qui eorum Ordinem continuaret. Hæc Walsinghamus in Historia Anglicana pag. 339. Vide Velazquez folio 259. & Joan. Euseb. Nieremb. cap. 9. fol. 72.

THOMAS Zerola Beneventanus, Episcopus Minorum Ordinis Minorum Italus, de Indulgentiis Rosarij, Conceptionis Beatae MARIÆ Virginis, Cruciatæ, &c. in Indice verb. Indulgentiæ in libro dicto: Praxis Sacramenti pœnitentiæ. Impress. Romæ 1617. in 8.

THOMAS IUS Galiardus à Geraze, Ordinis Minorum Italus, scripsit sub hoc titulo: *Adamas MARIA Virgo concepta absque peccato originali*, tomos duos, 1. impress. Messanæ 1650. 2. ibidem 1652. in 4.

TIBERIUS Garrafa, Bisinianus Princeps Neapolitanus, inter alia suæ pietatis opera Virginibus Sanctimonialibus Conceptionis de Monte Calvario Neapolitan. quingentos nummos aureos legavit, quibus Virgines in Deiparæ cultum alerentur, præter duo dolia optimi vini & alios commeatu in privilegijs & festis diebus Deiparæ Virgini dicatis. Ita Marraccius in Principibus Marianis.

TILMANDUS Dulmaniensis Westphalus, Ordinis Sancti Augustini Ultrini Canonicus Regularis, in Corona lapidum cap. 20. de MARIA Virgine, sic inquit: *In ventre tuæ matris gratiâ fuisse repleta, nulla sorde unquam polluta, nullo contagio maculata &c.* Vide nostram Bibliothecam Virginal. tom. 2. folio 361. ac etiam Eusebium Nieremberg. in Sacro-syl. 5. 1.

TILMANNUS Sibergensis, Ordinis Prædicatorum Flander, in Enchiridione locorum communium Joannis Eckij adversus Martinum Lutherum, &c. aliqua nunquam impressa addidit, & stellulis signavit, ut ibidem dicitur. In hoc ergo libro de Veneratione Sanctorum, cap. 15. sub quadam stella sunt verba sequentia signata: Attendant igitur miseri gloriosæ Virginis olores, nihil Christi derogari dignitati, quod Beatam Virginem ita salutando honoremus; imo totum honorem, quem divæ Virgini impendimus, redundare in Christum Dei ac Virginis Filium. Virginem quippe Matrem honoramus in Filio, & Filium in Virgine Matre, sicut qui filium honorat, honorat & patrem, & è converso, &c. Fatemur tamen ipsam sexu quidem viliores, sed Virginem incorruptam, gratiâ plenam, Dei Genitricem, Reginam cœli, mundi Dominam, inter mulieres benedictam. Non est profectò inventa talis mulier super terram, nec unquam similis invenietur. Hæc sunt illa magna, quæ fecit tibi Dominus omnipotens ô Virgo Beata! quare meritò beatam te dicent omnes generationes. Hæc Tilmannus. Lib. impress. Antuerpiæ 1534. in 8. Hæc primo intuitu inspecta, parum vel nihil faciunt pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali; sed his relatis verbis favet hic Auctor nostræ sententiæ, eamque insinuare videtur.

TIMOTHEUS de Ciabra Pimentel, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in sermone de Beata Virgine, fol. 3. agit de purissima Conceptione absque culpa. Serm. impress. Granatæ 1638. in 4. Vide etiam fol. 16. à tergo.

TIMOTHEUS Hierosolymitanus, in Oratione de Propheta Simeone, inquit: Unde etiam supra omnes inculpata, & omnibus modis sancta Virgo per illum, qui domicilium habuit &c. Vide Euseb. Nieremb. in lib. Excep. cap. 13. fol. 137.

TIPHERNUS N. Poëta antiquus, in deprecatoria ad Virginem MARIAM, sic incipit:

Virgo

*Virgo decus caeli, Virgo sanctissima Virgo,
Quae super Angelicos es veneranda choros,
Tu utreas formosa rosas, tu candida vincis
Lilia, tu vultu vincis & astra tuo.
Para columbella similis, quam lactea vestit
Penna, nec in toto corpore menda sedet.*

Lib. impress. Venetiis 1501. cum aliis opusculis Sedulij, & aliorum, in 4. Si Virgo tota nivea, candida, pura, lactea, ita ut neque in corpore fuerit vel minima menda, vel macula; quomodo in anima esset fedata macula? nonne anima plura quam corpus?

TITUS Bostrom Episcopus, (qui & Sanctus ab aliquibus vocatur) in sacro-sanctum JESU CHRISTI Evangelium secundum Lucam, cap. 2. fol. 357. loquens de purificatione MARIE, inquit: At castissima Deipara MARIA, quod non ex viri semine, sed ex Spiritus sancti virtute concepisset, neque secundum legem, neque secundum arcanam legis significationem immunda erat, &c. Lib. impress. cum Victore Antiocheno Ingolstadtij 1580. in 8. Illud nota, quod Virgo MARIA non fuisset immunda, neque secundum arcanam legis significationem. Virgo MARIA à duplici immunditia fuit libera; ab immunditia secundum legem, & ab immunditia secundum arcanam significationem legis.

TOUSSAINT Bridoult, Societatis Jesu Belgae, in libro Gallico: Triumphus Annuae Dominae nostrae, tom. 2. à fol. 554. de festo Conceptionis Virginis MARIE agit late; & fol. 606. de novem diebus ante Nativitatem Domini, in quibus decantatur de Immaculata Conceptione cum musica solempni & sermone, &c. in domo Dominae nostrae de Pillar Casaraugustan. Alia omnia, quae multa sunt, vide in Indice, verb. Conceptio Immaculata. Lib. impress. Infulis 1620. in 12.

TREBELLIVS N. ut colligitur ex Dialogis Wigandi Cauponi sive Wirt, Ordinis Praedicatorum, contra ipsum dimicavit pro Virginis Immaculata Conceptione, ut dicitur in Dialogo ipsius Wigandi, praecipue, part. 2.

TRISTANUS Barboza de Carvalho Hispanus, in libro de Peregrinatione Christiana, libro 2. Dialogo 2. Meditation. per modum exclamationis de Conceptione Virginis MARIE, à folio 101. usque 110. Lib. impress. Ulyssipona 1620. in 8.

TRISTAN L'Hermite Gallus, in libro: Les Heures dédiées à la Sainte Vierge, fol. 274. Priere à la Vierge sur son Immaculée Conception, &c. Paris. 1656. in 4. Item, fol. 261. Aurora sine spinis tu, quam Pater in divinis majestate sublimavit & ab omni peccato servavit, &c.

TRISTANDUS de Lescaigne, Presbyter & Licentiat, edidit Libellum sub hoc titulo: De Conceptione singulari Virginis Matris, & est colloquium hominis cum respondente, & incipit sic: Homo. Mirabile dictu. Res. Quid? Homo. MARIAM fuisse sine quacumque macula. Res. Res est Homo. Saltem fuit in originali peccato concepta. Res. Non est verum. Et sic prosequitur, & habet duodecim fol. Extat impress. cum aliis ejusdem Opusculis de Beata Virgine MARIA, Parisiis absque anno impress. in 16. cum imagine Immac. Conceptionis.

TUCIUS de Tucis, Juris utriusque Doctor Lucensis Patricius, Protonot. Apostolicus, ad illa verba: Tota pulchra Mater mea, & macula non in te; postquam illa explicaverat de Ecclesia, sic pro immunitate Virginis MARIE prosequitur: Et jure

merito tu; quo enim accuseris, cum sine macula, & nevo tu sis? in quo crimineris, cum ab omni proorsu reprehensione tu absis & labe? nam cum ego ob extimium mecum erga te amorem me ipsum tradiderim pro te ut te sanctificarem, mundans te lavacro aque in verbo vitae, ut exhiberem mihi gloriosam, non habentem maculam, neque rugam; tota pulchra, & macula non in te. Neque vero solum quoad praecipuas, & nobiliores tuas partes, Matrem meam V. omnino omnis peccati expertem, quemadmodum Deiparam decebat, &c. Sic in libro Adnotationum super Cant. Cant. Salomonis loco 7. folio 278. Lib. impress. Lugduni 1606. in 4. Item, ad illa verba: Sicut liliolum inter spinas, sic amica mea inter filias, sic inquit: Prout etiam idem mihi dicendum videtur de rosa inter spinas, quod ejusdem sanctissimae Virginis peculiare sit & singulare insigne. Non solum quoniam sola Dei Genitrix velut rosa ex spinoso frutice absque spinis floruit, ex spinoso protoplasio Adamo omnino omnis peccati expertis fuerit, verum etiam propter assiduos angores, quibus anxia semper angebatur. Ibidem cautela 1. folio 307.

TURANO Vekiti, Doctor in utroque Jure, in libro cui titulus: Catholicus Memorialis liber, lib. 3. cap. 3. Quod sacratissima Virgo ac Deipara MARIA libera fuerit ab omni macula peccati, fol. 424. sic incipit: Postquam cuique liberum relictum sit à Sancta Ecclesia sentire de peccato originali quoad Deiparam, quod sibi videtur; nihil aliud de hoc dicam, nisi quod plures opiniones ferant, ipsam ab hoc peccato etiam conservatam fuisse. Cui etiam Luthertus assentitur, cum ait: Pie creditur MARIE Conceptionem factam esse sine peccato originali. Et addit rationem: Decens enim & iustum erat (inquit) ut illa persona à peccato originali conservaretur ac defenderetur, à qua Christus carnem suam sumeret, quae caro omnia peccata superaret, &c. Citatum est ad marginem: De Concept. MARIE apud Canis, de Deipara lib. 1. cap. 8. circa finem. Lib. impress. Lovanii apud Bernardinum Maes, anno 1634. Est editio multum emendata & aucta, ut ibidem dicitur.

TURINUS le Fevre, Societatis Jesu Gallus, scripsit pro Immaculata Virginis Conceptione Libellum Gallicè sub hoc titulo: Practiques d'un serviteur de la sacrée Vierge Mere de Dieu, amoureulement devot de la tres-pure & Immaculée Conception. Impr. Duaci, anno 1658. in 4.

TURTIUS Rufus Asterius, ex Consule Patricius constitutus, Poeta antiquus, & contemporaneus Sedulio, in Elegia de Beata Virgine, inquit:

*Maxima dona Dei cuncti cecinere Prophetae,
Implevit Christus maxima dona Dei.*

*Pondera dura tulit, mandatam legis & iram,
Gratia mundati pondera dura tulit.*

*Virgo MARIA niter nullo temerata pudore,
Post partum pueri Virgo MARIA niter.*

Lib. impress. Venetiis 1581, cum Operibus Sedulij in 4. Sed nota, quod duplicem nitorem tribuat MARIE, unum post partum pueri, alterum ante, quo nitebat nullo temerata pudore. Si nullo ante partum Verbi fuit temerata pudore; ergo omnis pudor fuit ab illa exclusus. Anne pudor, macula, & feditas peccati originalis? in nullo temerata, ergo semper, & in omnibus intemerata; igitur & Immaculata.

T. W. A. sub his litteris, in libro dicto: Rosarium sive Plalterium Beatae Virginis MARIE, folio 75. sub titulo: Privilegia quaedam incomparabilis Virginis

ginis ante Nativitatem, Ave MARIA 7. sic inquit : Egregiè & apertè describitur hæc singularis Dei sponsa in Canticis, lilium inter spinas, rota pulchra, in qua macula non est, &c. Et Ave MARIA 10. *Hæc unà cum animæ infusione (ne unquam peccati vea, Dei inimica, iræ filia, & demonis serva existat) ab originali labe (singulari privilegio) à multis piè putatur præservata, & Spiritus Sancti gratiâ repleta. Et omnia decem Ave MARIA sunt pro Immaculata Conceptione. Item, folio 164. in Litania : Per salutarem Conceptionem tuam, libera nos Virgo gloriosa. Impr. Antuerpiæ 1604. in 12.*

V

VALENTINA Pinelò, Monialis Sancti Leandri, Ordinis Sancti Augustini Hispana, in libro Excellentiarum S. Annæ, part. 2. cap. 2. sub tit. *De la pijsissima Concepcion de nuestra Señora, y de sus dichosísimos padres. Et in duobus capitibus sequentibus, agit etiam de Concept. c. 3. titulo: En que se trata de la limpijsima Concepcion de la Virgen, por algunos lugares de la sagrada Scriptura figurada. Cap. 4. Como se le da honra à Christo hijo del eterno Padre en aprobar, y creer la limpieza de la Concepcion de su Madre. Quæ omnia extant à fol. 129. usque 148. Lib. impress. Hispali 1601. in 4.*

VALENTINUS à S. Amando, Ordinis Carmelitarum, in Theologiâ habitâ Lovanij die 6. Maji 1659. Thesi 14. de Originali, hæc inquit: *Excipite MARIAM, quæ ab illo omniq. ejus debito, Maternitatis Dei titulo immunis fuit.* Impress. ibidem in 4.

VALENTINUS de Erize Pampilonensis, Societatis Jesu Hispanus, in quatuor Tractatibus in primam partem D. Thomæ, tract. 3. disput. 24. An confirmati in gratiâ, seu eximie prædestinati, sint efficaciter electi inter alia num. 32. fol. 485. inquit: *Quodd voluntati Christi Domini ratione unionis intrinsecæ debebatur non solum connaturaliter, sed etiam essentialiter negatio concursus ad peccandum; Beate verò Virginis MARIÆ hæc negatio nec connaturaliter, nec essentialiter debita est, sed ex privilegio vel ratione præordinationis ad dignitatem Matris, si constituitur impeccabilis ab instanti Conceptionis; vel ratione dignitatis maternæ, si impeccabilis constituitur solum post conceptum Verbum Dei: quorum utrumque ego libenter do Beate Virgini, cum in neutro sit repugnantia, & ad utrumque habeamus non contemnenda fundamenta, &c. Deinde agit de præservazione Virginis ab originali, & adducit decreta Pauli V. & Gregorij XV. Vide & lege ipsam usque ad num. 51. nam plura adducit pro impeccabilitate Beate Virginis ab instanti Conceptionis. Item, disp. 35. de Remedio sufficienti parvulorum, tract. 3. cap. 2. folio 191. ubi affirmat, omnes parvulos habuisse auxilium sufficiens (quod & probat) inquit: *Secunda de promittitur ex Christi redemptione, quæ etiam universalis fuit pro omnibus & singulis, nullo excepto, oblata. Nam ut omnes in Adam peccaverunt, nullo excepto (non loquor de Beatissima Virgine MARIA, quia ipsius privilegia omnem naturalem cursum superant) ita denuo omnes hos, quos Christus redemit, quique in primo Adam lapsi sunt, voluit salvos efficere, &c. Lib. impress. Pampilonæ 1623. in fol. Vide alia in Indice, verb. MARIA Mater Dei.**

VALENTINUS Gerardus, Doctor Gallus, in libro dicto: *Triumphus Virginis MARIÆ*, part. 3. discurs. 2. pag. 753. agit de *Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*, ut refert Anonym. Franciscanus in Catal. Auct. 37.

VALENTINUS Leuchtius, vel Levethius Germanus, edidit *Mariæ*, in quo *mysterium Immaculatae Conceptionis* propugnat & defendit. Impr. Moguntia, teste Hippolyto Marraccio in Catalogo, ad annum 1603. & in Bibliotheca fol. 426.

VALENTINUS Mantuanus de Monte del Olmo, Ordinis Minorum Italus, in libro: *Gemma pretiosa seu inestimabilis margarita, concione 12. fol. 237. de Conceptione Virginis MARIÆ, ac ejus præservatione à peccato originali*, latissime fetè per totam concionem. Lib. impress. Florentiæ 1615. in 4. Item, fol. 158. inquit: *Dico che MARIA Vergine fu francha dal peccato originale per gratia & privilegio; &c. Sic Andreas de Peruzzinis in Analyfi Immacul. Concept. artic. 2. fol. 111.*

VALERIUS de S. Joanne Baptistâ, Ordinis Sancti Augustini Italus, in libro: *Novo Rosario delli setti dolori, & sette allegrezze del glorioso S. Gioseppo, &c. fol. 123. s. 4. inquit: E si non ch' in tutti l'altre feste la Beata Vergine riceve qualche cosa da Dio. Nella Conceptione sua l'anima bella è piena de tutti i beni spirituali nell' Annuntiatione l'esser Madre de Dio, &c. Lib. impress. Neapoli 1642. in 12. Vide alia ibi pro Virginis puritate.*

VALERIUS Malagutius de Valeriis, Patricius Rhegiensis, in libro cujus titulus est: *Sacri applausus Beate MARIÆ Virginis, à diversis in ejus translatione excitati, folio 12. 18. & 31. adducit Carmina Latina pro immunitate Virginis Dei Matris MARIÆ, &c. Lib. impress. Mutinæ 1619. in 8.*

Item, in libro Italico titulato: *Sacri applausi volgari, & Latini alla Beata Vergine MARIA nella traslatione della sua miraculosa imagine de Reggio, in duæ parti divisi, &c. sparsum multa adducit pro immunitate Virginis MARIÆ à peccato originali, &c. Lib. impress. Mutinæ 1619. in 8. & extat simul ligatus cum Latino supra posito. Vide ejus Pœma folio 162.*

VALERIUS Piquier, Societatis Jesu Hispanus, transtulit in linguam Hispanicam Kalendarium Marianum Antonij de Balinghen, in quo fol. . . . ad diem 8. Decembris agit de *Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione*. Lib. impress. Cæsaraugustæ, an. 1654. in 4.

VALERIUS Polydorus, Ordinis Minorum Paduanus, in libro: *Le Religiose memorie della Chiesa de S. Antonio de Padua, cap. 4. de la Confraternità della Conceptione de MARIA Vergine fundata in questa chiesa, fol. 34. sic inquit: Nel cap. 31. dissi abastanza del altare nominato de la Madona nel Pilastrò, efeci sapere in quello esser fundata la veneranda Confraternità della Immaculata Conceptione della Vergine Madre, che fu instituita del dottissimo, è religiosissimo huomo Giacobino Malafosa da Barge nel Piamonte, P. Conventuale de S. Francisco, &c. Et proseguitur per totum cap. de Indulgentijs ejusdem Confraternitatis. Lib. impress. Venetijs 1590. in 4.*

UDALRICUS Gernich, Doctor Gallus, vel scripsit, vel edi curavit Expositionem in Epistolas D. Pauli & alias Canonicas, quas Jodocus Badius Ascensius insignis Typographus illustravit